

WILHELMI CHRISTIANI JVSTI CHRYSANDRI

PHILOS. ET LIBERAL. ART. MAGIST.

COMMENTATIO PHILOLOGICO-THEOLOGICA

DE

SAPIENTIA DEI

IN

CONNVBIO

JOSEPHI AC MARIAE

ADMIRANDA

CVM INDICE GEMINO.



HELMSTADII

ANNO MDCCXXXIII,

a. XX. 24

Coll. diss. A
20, 24

48.

II. Cor. VIII, 9.

Γινώσκετε τὴν χάριν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι' ὑμᾶς
ἐπτώχευσε (nōn solum qua *fortunas*, verum etiam qua
HONORIS, omnisque generis bona), πλάσιος ὄν, ἵνα ὑμεῖς
τῇ ἐκείνῃ πτωχεῖα πλητῆσῃτε.



23



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

WILHELMVS CHRISTIANVS IVSTVS
CHRYSANDER.



*istraelis iam dissertationis Philologicae DE
CONNUBIO IOSEPHI AC MARIAE
VERO (ante tres menses, me Praesi-
de & Respondente Nobil. J. R. Ottone
Munchhofio-Brunsuicensi, erudito-
rum examini in Juleo Maiori subiectae ac defensae) ex-
emplis, iteratam hanc eius editionem, rogatus, nec a viris
doctrina & auctoritate praestantibus, quos consului, non in-
cita-*

a 2

PRAEFATIO.

citatus, in lucem emitto. Locupletavi eam iis argumentis, quae, licet ad rhombum pertinerent, utiliaque ad argumentum plene pertractandum exsisterent, cathedra tamen PHILOSOPHICA, in quam hoc specimen proferebatur, minus digna, sed ad scholas potius THEOLOGICAS referenda esse videbantur. Quum igitur in hac secunda opellae editione copiosior fuerim in exponendis PRAECLARIS illis VARIISQUE FINIBVS, ad quos admiranda sapientiae diuinae opulenta coniugium Iosepho-Marianum direxit: mirari, lector! desines, quod priorem libelli titulum iam auxerim mentione SAPIENTIAE DIVINAE, e connubio Iosepho-Mariano, tam vero quam opportunissime inito, cognoscendae. Nisi forte iniustum esse existimas, ut rubrum nigro respondeat, ac integri aedificii imago quaedam summatim repraesentetur spectatum venientibus; satius vero, ut una dumtaxat alteraque eius pars, omissis reliquis aequae principalibus, vel quarundam, auulsarum ab eo, festucarum praesentia ac facies manco charactere adumbretur.

Commemorabo nunc rationes, quae, hoc ipsum, quod persequutus sum, argumentum studiosiori disquisitione haud indignum esse, mihi persuaserunt. Prima est DIGNITAS eius; quippe quod, dum ostendit, maritatane an caelebs Maria fuerit tunc, quum IESVM pareret, ad ipsum adorandum Seruatorem nostrum spectat. Huius autem maxima minima cognoscere, qui haud concupiscit, is prodit sane, se eum non admirari ac magni facere, nec

cre-

PRAEFATIO.

credere, quod cuncta, quae IESVS fecit, passusque est, nostra causa subierit. Altera ratio est UTILITAS argumenti, varia nempe institutione, multiplicique solatio redundantis, & apti ad sanctos animi motus in lectoribus gignendos, virtutemque in animis excitandam. Ut enim taceam, nihil prorsus sterile, seu sine rationato esse, (per Metaph.), adeoque quamlibet veritatem, simul atque talis esse ostenditur, pro fructuosa habendam esse, licet fructus eius ipse non statim illustris sit, seu ab his illisue minus perspiciatur: e coniugio Iosephi ac Mariae mirifice illustratur

(NN) MIRACVLOSI ORTVS IESV VERITAS, siquidem Maria grauida exstitit, antequam Iosepho facta est socia;

(ככ) GVBERNATIO DIVINA SPECIALIOR. Et haec quidem plena N) SAPIENTIAE, dum DEVS connubium a Iosepho ac Maria decretum ac determinatum non quidem impediuit, ne libertati eorum vim inferret, limitauit tamen, ratione temporis & effectuum, atque ad optimos admirandos fines flexit, nullo, ut videbatur, momento singulari in rei sacrae utilitatem praeditum. כ) Plena POTENTIAE, dum, estimatione originis IESV defensa, valorem eius ciuilem integrum conseruauit; atque adeo hic exercituum dominus ac terror, fremente orbe & orco, inter medios hostes, immo PER eos ipsos, quamquam nescios, salua eorum libertate, ea, quae voluit, transegit atque obtinuit. כ) Plena MISERICORDIAE, dum pro ecclesiae flore & augmentis fidelissimas egit excubias, & συνκαταβάσει ad captum hominum tunc viuentium eos

a 3 faci-

PRAEFATIO.

faciliores reddere studuit ad ordinem salutis ingrediendum. Dum Iosephum ac Mariam (homines tenuis census, optimatum amicitias non munitos, sed Herodi, qui gentis Davidicae vel nomen deletum voluisset, valde exosos) ita protexit, ut nihil iis nocere potuerit; eorum gratia potius multa apud multos propter IESVM fuerit: nonne videmus, quantum BONIS & innocentibus praesidium in DEO sit? Vel telae araneorum (inanes quasdam, sponte ab hostibus susceptas, opiniones in nuo §. 74.) fiunt clypei & abenei muri, ad eos, qui faciunt δέλνηα Dei, tutandos. In IMPIOS itidem e diuitiis misericordiae Dei multum promanare solere, thema nostrum docet. Nam quum Deus videret, tantum abesse, ut Iudaei, amore saeculi temulenti, notitia supernaturalis ortus Jesu tunc usuri essent tamquam incitamento ad fidem in IESVM CHRISTVM, ut potius ultimum in malitia tentaturi, & quasi classico excitati, in Mariam, in Jesum, atque in totam religionem Christianam irruturi essent: ecce! abundante delicto ita abundavit misericordia Dei, ut, ad occupandum hunc eorum furorem, ac proinde impediendum culpae incrementum, celaret aliquantis per hoc diuinum decus, nec vno impetu, sed παραδοξοῦς & paulatim praeiudicatas eorum opiniones exstirparet. Nonne tali gubernationis specimine ad fiduciam erga Deum, certissimamque salutis expectationem erigamur? atque moueamur, ut nos ei, nostraque omnia, cum securitate, concredamus, ac, si detonat in nos improborum ambitio & cupiditas, spe diuinae prouidentiae nos solemur?

Eni-

PRAEFATIO.

*Evidentissime item e tractatione nostra comparet (33) magnus CHRISTI in homines AMOR; ac nemo viderit ardorem eius, se nobis similiorem praestandi & partes explendi, sine eodem sacro affectus contagio, seu studio se CHRISTO conformandi & omnibus modis amorem erga eum testificandi. Tertia ratio, qua impulsus, in hoc argumento elaboravi, est, quod id vidi NONDUM centies centiesque recoctum, seu ita DETRITUM esse, ut metuendum foret, ne meae curae prorsus superfluae sint futurae. Plurimi enim bibliorum commentatores, connubium Mariae ne attingunt quidem, quasi attingere non fuisset operae pretium, vel unius cuius lectori satis superque hac de re constare posset. Alii paucissima de eo delibant; siue quod plura dicere minus consultum existimarint, siue quod de eius initi veritate, tempore, & causis ipsi fluctuarint, ideoque maluerint, simulare, nullas difficultates se vidisse, quam eas aggredi. Alii modo asserta iam negare, negata asserere videntur, ita certe de Mariae connubio differentes, ut appareat, eos studiosiori opera de eo haud esse meditados. Quorundam etiam dictiones animadverti sententiae, quae meae adversaria est, praeter rem, constanter favere. Nec peculiarem hac de re *διόσκηψιν* unquam vidi; licet plures existere haud pernegauerim sicuti nec ullum script. S. interpretem laude defraudatum sua volo. NEC denique PROHIBITUM unquam, sed integrum plane ac solemne iis esse videbam, qui castra pontificia deseruere, ut theses huiusmodi in utramque partem tentarent; merito nempe solliciti, de rectori eorum singulorum, quae*

PRAEFATIO.

quae in scriptura sacra memorantur, interpretatione, ac proferendis pro virili regni veritatis pomperiis. Has ob causas non dubitavi, divulgare ea cruda, in quae me meditatio, quum honoratissimis commilitonibus Matthaicum philologico-exegetice explicarem, deduxit; spe fretus, fore, ut aequi lectoris veniam ita quidem facilius impetrem, quam si post multos notissimos Roscios, exemplo iuuantes, in scenam prodisssem, & tamen errores prostituisssem.

Stilum ita castigavi, ut, quae minus verecunde dicta sint, frustra quaesuerint obsceni, metuerint frustra modesti. De eo, quod religio mihi haud fuerit, terminos quosdam, recentiori philosophiae solemnes, subinde adhibere, vix quisquam, nisi qui minima carpat, ad res iners, nasum aduncum, suspenderit, quum iis & brevius & distinctius (saltem nostrae aetatis, cui inserviendam est, habita ratione) sensa exprimere liceat. Primas partes dedi, (ceu lex conscribendarum dissertationum postulat,) perspicuitati, secundas demum ornatui. Fusius explanavi rem, tum ob אא) בב) גג), tum quia, etiamsi virorum, qui primas in hoc studiorum genere tenent, suffragiis fulciar, tamen non defuissent forte, qui sententiis, maxime quas in Capite III. proposui, minus intellectis, me ετεροδοξίας incusassent.

Sed sit longius protractum dissertationis filum: nihilominus multa forte ei desunt, quae inesse debebant, sicuti & fuerint in ea quaedam, quae in melius mutari queant; quae ipsa dies dabit, comprobabitque, uti liberos, sic etiam libros se ipsis meliores fieri posse. Nec enim constantiae tantum causa defendam, quod recta iudicia pronuntiauerint a veritate deuium. Vale, Lector! ac fruere IESU Seruatore tuo; hoc autem labore in eius laudes utere. Mibi faue! Helmstadii VII. Id. Febr.

A. dlo lo cc xxxiiii.

IDEA



I D E A
LIBELLI.

PRODROMVS QVAESTIONIS **CARDI-**
NEM ET MOMENTVM DECLARAT. §.1.2.3.
p. 1-6.

* * *

TRACTATIONIS §. 4-92.

CAPVT I. CONTINET SYLLABVM ARGV-
MENTORVM BIBLICORVM, QVIBVS
PROBATVR, **MARIAM VTIQVE CVM**
JOSEPHO IN MATRIMONIO VIXISSE.
§. 4-27. p. 6-42.

SECT. I. COMPREHENDIT RATIONES DE
JOSEPHO MEMORATAS, **SEX.** §.5-14. p.6-22.

SECT. II. RATIONES AD **MARIAM** SPE-
CTANTES, **DVAS.** §.14.15. p.23.24.

SECT. III. RATIONES AD **AMBOS**, TAM
JOSEPHVM QVAM **MARIAM** PERTINEN-
TES, **QVATVOR.** §.16-20. p.25-30.

SECT. IIII. RATIONES DE **JESV** RELATAS,
TRES. §. 21-27. p.31-52.

b

CAPVT

CAPVT II. CONTATUR DE TEMPORE, QVO
ILLUD SACRAMENTUM INITVM SIT.

§. 28-42.

P. 43-62.

I. THETICE. §. 28-34.

P. 45-52.

α. ANTE NATALES IESV. §. 30. 31.

P. 45. 46.

β. TERTIO FERE MENSE POST CONCE-
PTIONEM IESV. §. 32. 33. 34.

P. 47-52.

II. ANTITHETICE §. 35-42.

P. 52-62.

CAPVT III. DOCET VARIAM UTILITA-
TEM, EX ISTO CONIVGIO DIVINITVS PRO-
CVRATO ORIVNDAM. §. 42-92.

P. 62-130

SECTIO I. DE UTILITATE CONIVBII
IOSEPHO-MARIANI PVBLICA. §. 43-89.

P. 67-127.

FINIS PVBLICVS PRIMVS. §. 43. sq. p. 67. sq.

FINIS ALTER. §. 86.

P. 118-122.

FINIS TERTIVS, §. 87. 88.

P. 122-123.

FINIS QVARTVS. §. 89.

P. 125. 126

SECTIO II. DE UTILITATE CONIVBII
IOSEPHO-MARIANI PRIVATA. §. 90. 92.

P. 127-130.

1. UTILITAS JOSEPHI. §. 90.

P. 127-128.

2. UTILITAS MARIAE. §. 91.

P. 128. 129.

3. UTILITVS IESV. §. 92.

P. 129. 130.

* * *
EPILOGVS COMPLECTITVR εὐχαρισίαν
CVM προσευχῇ. §. 93.

P. 13.

PRO-



PRODROMVS.

Occasio tractationis §. I. Status controuersiae fixus a) remoto alieno § II. c) posito vero. §. III.



§. I.

persuadent sibi multi, parum saltem abest, quin sibi persuadeant, Mariam *χειροτόκον* gauisam quidem esse Josepho *sponso*, perpetuo fautore, custode ac prouisore; nullo tamen coniugio, rite contracto, ei copulatam fuisse vnquam. Sinistra acceptio tam vocis *ἀειπαῖς θεος*, qua Maria sano quodam sensu insigniri solet, quam phraseos in Symbolo Nicaeno, & Augustanae

Confess. artic. 3. *Christus vere Deus, & vere homo, natus ex VIRGINE*, atque in Artic. Smalcald. Part. I. artic. 4. *Ich glaube dass Iesus Christus - - - von der IUNGFRAV Maria gebobren*, itemque virtus huius opinionis ad immeritam corruptionis suspicionem a Maria eo facilius propulsandam a), ortumque CHRISTI supernaturalem purissimum eo felicius ac speciosius adstruendum, iuuare hanc persuasionem potuerunt. Collectas equidem sisto rationes, quae contrariam sententiam exigere videntur; conquisitas tamen iam quidem non nisi e *scripturis sacris*, vtpote quae testimonia (ea enim in hac re facti vtramque paginam faciunt,) indubiae *vetustatis ac fidei*, adeoque dignissima perhibent.

A

a) Eub.

a) Eundem in finem comparata videtur persuasio, quod Maria Iosepho *octogenario* desponsata sit. Refert hoc EPIPHANIVS, testis haud vsquequaque dexter ac sincerus, haeresi 78; EGESIPPVS etiam, qui tamen rerum Christianarum parum gnarus fuit; EVSEBIVS, qui huius scriptoris verba repetiit; HIERONYMVS, cuius scriptiones infidum mare sunt, certe hac in re fide minus dignae. Conferas, quae de *piis fraudibus*, quarum Saec. II, III, & IV. a C. N. feracia admodum fuerunt, egregie disputant Ven. MOSHEMIVS *Dissert. ad. hist. Ecclesiast. pertin.* Vol. I. p. 190, 205. RAD. CVDW. *in syst. int. de vaticiniis Sybillinis agens*, p. 321. IO. FR. BVDDEVS *Hist. Tb. L. II. c. III. §. 4. not. (**)* p. 492.

§. II.

Non quaero, vtrum Maria ANTE conceptum IESVM Iosepho commixta fuerit? Haec inconcinna opinio proscribitur non solum eo, quod Maria tunc nondum fuit eius coniux, Matth. I. 18. Luc. I. 27, verum etiam locupletissima ipsius Mariae confessione Luc. I, 34. *πῶς ἔσει τῆτο; ἐπεὶ ἄνδρα ἔ γινώσκω.* v. 49. Nec lis est, an POST editum reparatae salutis humanae auctorem commercium istiusmodi cum Iosepho habuerit Maria? Id enim negamus, partim, quia historia sacra *nomina filiorum Iosephi ignorat*, atque CHRISTVS, morti proximus, Jo. XIX, 27. Mariam haudquaquam *Ioanni*, verum liberis, ex ipsa natis, commendasset, si qui exstitissent; partim, propter maximam *Iosephi* in Iesum, quem, tamquam verum DEVM suaeque felicitatis vindicem, agnoscebat, *reuerentiam*, quam, nullum dubium est, quin Spiritus Sanctus in mente eius ita aluerit auxeritque, vt per omnem vitam alienissimus a contactu eius personae exsisteret, quam adorandus Messias, *הקדש קדשים* Dan. VIII. v. 24. nobilitauerat; partim, propter non minorem *Mariae* pietatem & aequale abstinentiae studium; partim, quia nobilitas Christi, singularis sane personae, probe a mortalibus *discernendae*, poposcit, ne plures homines eadem matre, qua Christus vsus fuerat, vterentur; partim, quia euentus minus amplus & minus illustris emphasi denominationis *העלמה*, qua

qua

qua vates Es. VII, 14. Mariam tamquam *virginem illibatam, virumque numquam expertam* a) absolute designat, responderet, si vnquam conditionem virginis illibatam, praecise seu formaliter sumtam, amisisset Maria; partim, propter testimonia patrum vnanimia; partim, quia argumentis secus sentientium vis nulla inest. Quid enim eorum caussae prodest, quod Christus Matth. I, 25. Luc. II, 7. PRIMOGENITVS *Mariae filius* vocatur? quum VOX πρωτότοκος, vi originis atque vsus, eum indicet, quo prior ex eadem matre natus nullus est, ita vt non definiat, an sit post eum alius natus, nec ne; sed id tantum, de quo ante partum Iesu cogitari potuisset, determinet, seu, vt clarius dicam, statum Mariae vnice definiat *antedecedentem*, non vero *consequentem* b). Nec argumentum hoc stringit, quod Iosephus Matth. I, 25. dicitur *non cognouisse Mariam, donec illa peperit*. Particulae enim εως & dumtaxat est, de sua periodo vsum coniugialem negare, minime vero, eum, post illam completam, affirmare c). Quidquid *extra* illum temporis terminum contigit, ex alio vocabulo constare debet; & iniuste ab hac *coniunctione* repetitur, quod non eius ditionis est, sed ad alius forum pertinet. Neque vero in eo sum, d) vt veterum haereticorum patronum agam.

a) *Campeg. Vitringa* Obseruat. Sacr. Lib. 5. p. 1. seq. *Guil. Surenhusius* βιβλ. καταλλ. p. 151. *Anton. Hulsius* in Nucleo Prophet. p. 593.

b) Per definitionem PRIMUM dicimus id, ante quod nullum est. Ergo primum esse potest unicum; v. c. Christus primus est, quem Deus claro praeconio caelitus emisso honoravit: ἕως ἔσιν ὁ υἱὸς καὶ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Tarquinius in primo itinere, quod Hala Martisburgum faciebat, a rustico, ab humanitate remotissimo, trucidatus est; primo impetu moenia corruerunt; primo lapidis iactu Goliathes percussus est. Sic h. l. primogenitus unicus significatur. VLTIMUM vocatur id, post quod nullum est. Ergo VLTIMUM determinatur absentia succedentium; PRIMUM, antecedentium. Ergo πρωτότοκος Mariae est, ante quem nondum alius natus est ex Maria.

c) 2 Sam. VI. 23. Math. XXVIII. 20. Gen. XXVIII. 15. Vide praeter ceteros *Winclevi* praef. ad *I. H. Horbii* Medit. pass. §. 1. 5. 6. 9 GLASSIVM Philologiae sacrae consultissimum in *Grammat. Sacra* de adverbio cap. XII. p. 961. seq. Ne exemplum vulgare requiratur examines hoc: Laelia, optima coniux, Cajo marito suo usque ad mortem nullam molestiam facesiuit. An ergo usque ad connotat, post mortem illius mores asperos fuisse? Certe a negatione eiusmodi ad affirmationem contrarii N. V. C.

d) Nihil mihi rei est, (intererit enim non ad nullam causam, hoc statim in limine tractationis expressissime profiteri,) cum Cerinthianis, IREN. *advers. haeres. lib. I. c. 26. p. m. 105*; Ebionitis, THEODORET. *haereticar. fabul. lib. II. cap. 1. tom. 4. Oper. p. 218*. ORIGEN. *contra Celsum lib. V. p. 272, 274*, CARPOCRATE, *Epiphan. haeres. XXVII. n. 2. p. 102*. IREN. *advers. haeres. Lib. I. c. 25. p. 103*, cum R. ISAACO, filio Abrahami, in ספר הזוהר אמונה *Lib. II. cap. 12*, qui stygius foetus exstat in IO. CHRIST. WAGENSEILII *Telis igneis Satanae*, refutatus etiam a IAC. GOVSETIO p. 394, qui omnes, Iesum naturalem Iosephi ac Mariae filium esse, iudicarunt. Meamque merito seiungo sententiam ab ea Heluidii, Saec. IV. profeminata, quasi mater Domini Maria post natum Iesum viro fuerit commixta & tunc plures Iesu fratres atque sorores pepererit. Hunc errorem *Antidico-Marianorum* (sic appellabantur) a Bonoso, episcopo Macedoniae, defensum iam dudum eruditis scriptis oppugnauerunt, in Occidente, HIERONYMVS in libro *de perpetua virginitate beatae Mariae aduersus Heluidium*, vehementius quidem scripto & coniugia in se parum reuerenter tractante; in Oriente, EPIPHANIVS *de haeresibus, haeresi LXVIII. & LXXXIII*. AVGVSTINVS *haeres. LVI. & LXXXVII*. Eundem tamen recoxit GVIL. WHISTONIVS in *concionibus & conatibus varii argumenti*, Anglice editis, Londini 1709. in conatu restituendi textum Hebraicum p. 182. 229. Nec censeo cum HYAC. de GRAVESON, qui in tractatu *de mysteriis & annis Christi dissert. I.* affirmare annisus est: Mariam etiam ante angeli apparitionem matrimonium cum Iosepho, quamquam sine usu coniugii, habuisse. Detestor item periculosissimum, sisypho dignum, errorem Medici Londinensis, BERNARDI CONNOR, quo in *euangelio Medici, seu medicina mystica art. II. p. m. 74.* in natalium IESV CHRISTI, quam maxime admirandorum, existimationem impie grassatur, dicens praeter cetera: *Si quis rem recte perpenderit, videbit forsitan, quod non magis stupendum est, quod homo ex sola muliere generetur, sine viri commercio, quam quod ex maris ac feminae congressu formetur.* Retudit & explosit has nugas MICH. FÖRTSCH

FÖRTSCH

FOERTSCH *in Exerc. Theol.* Ien. 1707. §. 31. seq. p. 70. seq. ZACHARIAS GRAPIVS *in Theologia recens controuersa Tom. III. Q. II. p. 12.* Lege, praeter ceteros, etiam IO. ANDR. DANZII *dissert. de partu virginis Mariae miraculoso.* Ienae 1700.

§. III.

Dum, Iosephum atque Mariam matrimonio vere connexos fuisse, adsero, mens haec est: eos non solum, consensu licito, mutuo sese obligasse ad *perpetuam vitae societatem*, verum etiam, consuetis nuptiarum ritibus, eam *iniisse*, tum *ad educandum IESVM*, tum *ad mutuum adiutorium*. Concedo igitur discrimen aliquod inter coniugia ordinaria plurima, et inter coniugium Iosepho-Marianum, dum finem coniugialem illum *primarium*, qui in *procreanda sobole* consistit Genes. I, 28, extermino. Nihil tamen minus tale, quale descripsi, consortium coniugii nomine insigniri posse, iudico, tum quia nexus per leges iuris naturae ac civitatis *licitus*, tum *indissolubilis*, seu ita vtrinque, consensu, et promisso mutuo, in desponsatione antegressa, contractus fuit, vt vsque ad mortem duraret; tum quia *coram facie ecclesiae ritu benedictionis* a) (vt solent coniugia apud Iudaeos) *constriictus* fuit; tum quia, alterutri defuisse facultatem seu vires, ad finem coniugii primarium consequendum, nullibi dicitur; tum quia Iosepho & Mariae *jus aliquod utique fuit, ad singulos matrimonii fines actu occupandos* Gen. I, 28, licet eo pleno uti, sat magnis ex caussis, noluerint & vterque, non inuite, ad omissionem vsus finis primarii, consenserint; tum quia *duo* b) *fines coniugiales* re vera in hac Mariae Iosephique societate *obtenti* sunt, nempe *educatio sobolis* Mariae Gen. I, 28. & *mutuum adiumentum* Gen. II, 18. I. Reg. I, 4. Cohel. III, 9. Prov. XXXI, II. Per *VERVM* coniugium intelligo, *quod non tantum apparet, sed etiam EST.*

A 3

* Quum

Quum igitur adlertio nostra, de *Virginitate Mariae, ciuilitate & externe spectata non perpetua* (perpetua omnino, si formaliter consideratur, ratione absolutae congressus masculini negationis) seu de *conjugio Iosephi ac Mariae vero, neque miraculo*, quo plena optimi seruatoris natiuitas est, nec aestimationis gradui, quo gratissime, veneranda est, quidquam detrahat; nec in analogiam sanctissimae fidei nostrae vlla parte iniuria, nec libris Symbolicis recte intellectis, nempe de Maria virgine *formali*, contraria sit; sed, oraculis diuinis, minime detortis, munitissima, incommodi vel periculi momentum nullum trahat; & quasdam rationes CHRISTI, quae singulae, quam paruae videantur, excussu dignissimae sunt, illustret: pace, spero, vel rectissime sentientium quorumque proponi & aequo prudentiorum iudicio committi a veritatis poterit studioso; nec recusaturo, canere, quod Cicero quidem tanto dissuadet opere: *non putaram, si veritas imperauerit.* Habent quidem theologi argumenta, quae cum ἐνσπρωχίσει Jesu Christi propius connexa sunt, in delicatissimis, in quibus explicandis summa prouidentia opus sit, vel, quae accuratissime discutere, nondum consultum videtur: hoc vero nostrum incarnationem Christi parum attingere, sed circa rem versari, quae humani ingenii modulum non excedit, atque quaestionibus historicis non maxime capitalibus accensendum esse, quiuis iudicio instructus facile videt. Habet lector, vel me tacente, ius dissentiendi. At, si qua protuli minus vera, pro numquam dictis habeantur, eo magis volo, quia, quos equidem inuestigauit, auctores vel sicco pede praeterierunt id argumentum, quod persequor; vel negligenter, aliud agendo, id attigerunt; nec vllum memini, qui eius patrocinium data opera susceperit, quem in hoc labore conferre licuisset.

- a) Vti peruetus consuetudo est, vt coniugium 1) cum קרשׁים, id est, praevia *desponsatione* Deut. XX, 7. Cap. XXIII, 1. 2) cum *solemni festiuitate* contrahatur Gen. XXIII, 54. C. XXVIII, 22. Iudic. XXIII, 11. Matth. XXII, 2. Ioh. II, 2. C. III, 29. Apoc. XVIII, 7. (Vid. IOSVAS ARNDIVS in *Manuali legum Mosaicarum* Cap. X § 2. MICHAEL HAVEMANNVS in *tract. de iure connubiorum* Lib. II. Tit. IX. p. m. 362.): Sic etiam BENEDICTIO SACERDOTALIS inde a vetustissimis temporibus in nuptiis vsurpata fuit, tamquam institutum, non solum declarandae dignitati & religioni pactorum conjugialium conueniens, & ad ἐνραγίαν ecclesiasticam, in se summe necessariam, pertinens; verum etiam e notabili *exemplo ipsius Dei, bona verba*, quum matrimonium institueret, *adiicientis* (aeque imitando, ac vnitas maris, & vnitas feminae in primo coniugio imitandum monogamiae exemplar, iubente Christo, est Matth. XVIII, 4.) ortum, atque adeo
diuina

diuina auctoritate munitum. Nec dubitare licet, eo tempore, in quod Mariae aetas incidit, hunc ritum consecrationis, in re publica Iudaica obtinuisse, & vinculum, quo *εὐλογημένη* Maria Iosepho adstringenda erat, a sacerdote precibus publicis esse iustratum. Lege de nuptiarum ritu tam antiquissimo, quam paulo recentiori PHILIPPUM PICINELLUM *in luminibus reflexis* JO. MICH. DILHERVM *Tom. I. disput. acad. p. 797.* PETR. ZORN *in opusc. sacr. p. 749.* JO. SELDENVM *de Vxore Hebraea lib. II.* JO. BVXTORFIUM *dissert. de sponsalibus & diuortiiis part. I. It. de synagoga Iudaica Cap. XXXVIII. p. 525. seq.* JO. BENED. CARPZOVIUM *in diss. Philol-Theol. de Chuppa Hebraeorum Cap. III. §. 19. seq.* HAVEMAN. lib. cit. p. 363 364. Confer etiam RADVLPH. CVDWORTHVM *in system. intellect.* ex versione Celeb. MOSHEMII, praeceptoris nostri, publica veneratione nostra digni Cap. VI. §. 2. p. 33. *de vera ratione & indole sacrae coenae*, vbi de foederibus, epulorum festiuitate confirmatis, agitur.

- b) Firma est regula: *sublatis OMNIBVS causis matrimonii finalibus, tollitur matrimonium ipsum.* Hinc, quum, vera propositione Δ contrapofita, vera sit eius contraponens (per Logicam); aequum certum est: *NON cessantibus OMNIBVS causis matrimonii finalibus, non cessat matrimonium ipsum.* Iam quum in societate Mariae atque Iosephi non omnes matrimonii fines, seu, quod idem est, omnes causae finales defuerint, sed *educatio filii Mariae, & utriusque coniugis maior felicitas*, ex bonorum & officiorum communione oriunda, per eam promotae sint; *ius etiam ad reliquos fines* quaerendos (quamquam aliis causis temperatum) praesto fuerit: societas Iosephi & Mariae non desit esse *matrimonium*, sed hoc nomen tuetur. Pone enim, *vnus* finis matrimonialis absentiam maris atque feminae durantem societatem *matrimonii* nomine indignam reddere: sequeretur, quod SARA ABRAHAMI atque ELISABETHA ZACHARIAE coniuges non exstitissent, ante quam *Isaacum & Iohannem* enixae fuerant, quod contra stilum biblicum Gen. XVII, 15. 19. CXVIII, 9. CXX, 2. &c. Luc. I, 12. 18. 24. contra vsum loquendi & cum dispendio *obligationis ad officia coniugalia*, multisque incommodis, diceretur. Dirimi possunt coniugia, perdita omni finis primarii impetrandi spe, sed non dirimuntur propter *perditam illam spem solam*, sed propter *voluntatem alterutrius* coniugis, illa *perdita spe*, ad appetendum diuortium, determinatam; seu requiritur eo, tam, vt obtineri finis coniugii primarius *prorsus non possit*, quam, vt alterutrum societatis membrum societatem *recuset* continuare. Si Iosephus igitur & Maria ad eam continuandam conspirarunt: licet sobolem nullam procreauerint, durauit *coniugium*.

CAP. I.

CAPVT I.
DE
VERITATE CONIVGII JOSEPHI
ATQVE MARIAE.

§. III.

Ordo argumentorum.

Quindecim argumenta, quibus efficitur, Mariam cum Josepho utique nuptias contraxisse, ad *quatuor* reuocari classes possunt. Desumuntur alia ex memoratis rationibus IOSEPHI, alia e rationibus MARIAE, alia e rationibus AMBOS coniunctim spectantibus, alia e relatis rationibus IESV CHRISTI.

SECTIO I.

RATIONES DE JOSEPHO MEMORATAE
SEX.

SVMMA RATIONVM.

N) in Matthaeo eiusque Capitis I.

a) parte I. v. 1---18.

Ad stemma Jesu Christi repraesentandum *genealogia*, non Mariae, sed *Josephi*, recensetur; quod prorsus factum esset abs re, nisi Josephus Mariae maritus fuisset §. V.

ε) parte II, sede huius doctrinae, v. 18-25.

1. e *desponsatione*, collata cum *remotione impedimenti*, desponsationis complementum, nuptias puta, remorantis, 18, 19, 30. §. VI.

2. e phrasi v. 24. ὁ Ἰωσήφ παρέλαβε *in matrimonium sibi adsciuit* τὴν γυναῖκα αὐτῆς §. VII. VIII. VIII.

3. e phrasi v. 25. Ἰωσήφ ἐκ ἐγίνωσκεν *Μαριόμ*; quae negatio cognitionis matrimonialis *ius Josephi ad illam cognitionem*, adeoque matrimonium ipsum, praestruit §. X.

2) in

2) in Lucae capite II.

1. Iosephus vocatur *pater* Christi, commate 33. §. XI.
2. Iosephus a Maria, teste locupletissima, in *concione* frequentissima publice appellatur *pater* Christi com. 48 § XII.
- additur: *ἄνδρα Μαρίας* Matth. I, 16. maritum Mariae commode significare posse. XIII.

§. V.

Primum argumentum tabella praebet genealogica Matth I, 1-17, ita comparata, ut ad scopum prorsus inutilis foret, nisi coniugio Iosephi atque Mariae utique veroniteretur. *Quum enim Matthaeo maiores Christi, adeoque Mariae, matris illius, referendi essent* (per Cap. I, 1. 16): *eum pro sapiam* non Mariae, sed *Iosephi recensere videmus*. Magis congruum ad vitii culpam a scriptore sacro repellendam inueniri nihil potest, quam ut dicamus, eum accommodare se, prudentiae causa, ad *institutum Iudaeorum*, qui in describendis filiorum familiis *solos patres* censu completebantur; matribus familias, quarum generis virtus haud nobilitabat, exclusis, iuxta tritum illud: *משפחה אדם לא משפחה*, adeoque *Iosephum pro marito Mariae habere*. Quum vero Mathaeus, eam methodum in hac genealogia Christi adhibere, quae coniugium Iosephi atque Mariae praestruit, et Iosephum tamquam Mariae maritum tractare, non dubitet; satis certum est, Mariam Iosepho *re vera in matrimonium elocatam* fuisse. Qui enim licitum putasset atque ausus fuisset auctor, ad *Christi gentem* referendam, Iosephi auos recitare, nisi ipse Iosephus matrimonio cum Maria coniunctus omnibus constitisset, ac proinde paterno nexu ad Christum pertinere visus esset? Nonne coaeuis suis risum debuisset, quem deberet nobis, qui Caiam Sempronii coniugem salutaret, quam tamen omnes scirent caelibem? Certe Iudaei, qui

B

tribus

tribus Judae tabulas genealogicas domi quisque suae adferuabant; qui vel infimae plebis nothorum ortus curatissime annotabant, vt, quatenam familiae ex tribu Judae immaculatae, & Messia dignae essent, tenerent; qui studio genealogico & epithalamico adeo addicti erant (Hadr. Reland. p. 165. 166. Esr. II. Tit. III, 9. 1. Tim. I, 4.), vt vel Ex-Judaei aegre illud mitterent: hi sane, vidissent atque vellicassent errorem, si quis esset in recensione generis Christi admissus, atque Iosephus, praeter rem, pro marito Mariae a Matthaeo reputatus. Sed a declarata *consequentia ad antecedens* redeundum est. Matthaeum non nisi per *accommodationem ad morem Judaicum*, loco genealogiae Mariae, genealogiam Iosephi exhibere, immo hunc libellum genealogicum e tabulis genealogicis publicis, in templo repositis, descripsisse a), verosimile euadit 1) quia, ipse Judaeus, Judaeis maxime suum de vita Jesu Christi commentarium destinauerat, testantibus id ipsum omnibus veteris historiae scriptoribus (b; 2) quia alias plurimas *συγκαταβάσεις* ad ingenium & consuetudines Judaeorum offendimus in libro eius. conf. IO. LANGII dissert. de genealogia Christi ex patribus secundum carnem Norib. 1703. & GLASSII P. S. p. 328. & passim; 3) quia finis Matthaei etiam obtinebatur, & quidem facilius, dum adhibita hac accommodatione eo maior auctoritas conciliabatur huic genealogiae. Licet enim haec genealogia, lege Judaica contexta, veros Christi patres non repraesentaret, construxit eam tamen Matthaeus consueta Judaeorum methodo, vt tempori, & opinionibus hominum, quantum fas erat, inseruaret. Ac tribuisset sane eo lubentius hanc genealogiae methodum Judaeorum mori, si probari posset, quae IO. HARDVINVS c) suspicatur: *Iosephum vltimum ex gente Dauidica caelibem*

masseu-

masculum fuisse. Quae si ita fuissent, apparere certe e genealogia Josephi poterat, *ex eius coniuge, Maria, nasci oportuisse Messiam.* Demonstratione enim huius veritatis absolvitur pars *prima* Capitis v. 1 - 17, quemadmodum pars *altera* docet, eum esse *Deum benedictum super omnia,* Rom. VIII, 5. (quod relata conuictione Josephi de supernaturali ortu Jesu Christi probatur) 4), quia defendi scriptor facer a crimine non potest, d) nisi accommodationem concesseris.

a) Ceu suspicantur, praeter ceteros, ERID. SPANHEM. dub. euangel. Part. I. dub. 13 §. 3. BERNH. LAMY in harmonia euangelistarum p. 22. CHEMNIT. H. E. p. 34. LIGHFOOT Tom. I. Opp. in harmonia euangelist. p. 267. SAL. VAN TILL Comment. in Matthaeum Cap. I. pag. 44.

b) Vid. WILLIAM CAVE in Antiquit. Apost. in vita Matthaei p. m. 564. & SAL VAN TILL lib. cit. p. 21. 22.

e) In Operibus Selectis pag. 619.

d) Duplici potissimum pacto excusant rationem, qua Matthaeus origines Christi tradit, qui accommodationem negant. Vel contendunt:

I. Josephi genealogiam recenseri, ut demonstratione, quod Josephus ex tribu Judae esset, *simul elucesceret, Mariam illi desponsatam ex tribu Judae esse,* seu, ut verbis GODOFR. OLEARI in *Observ. IX.* in Matth. p. 28. utar, ut e familia Josephi de Mariae quoque genere, ipsiusque Christi maioribus, constaret.

RESP. Valerent haec, si *prorsus numquam* licuisset sponso sponsam ex alia tribu, quam in qua ipse erat, sibi seligere. Verum, si qua femina *fortunis adeo destituebatur,* ut per eam nuptam hereditas nulla ex vna tribu ad aliam transferretur: non requirebatur, ut sponsus & sponsa contribules essent, sed sponsam in quamcumque traducere tribum licebat; ex. c. feminae e tribu Leuitica in quamcumque tribum transibant, quia nulla fors alienabatur a sua tribu. Vide ADR. RELANDI Antiquit. Veter. Hebr. de personis sacris §. 13 p. m. 139. CAUSAUVON. Exercit. I. Anti-Baron. 10. ANDR. SCHMIDII prolusio Mariana I, qui, Elisabetham, e tribu Judae, Zachariae sacerdoti nuptam fuisse, obseruat. Hinc, si ortum Mariae ex tribu Judae hac genealogiae catena probare voluisset Mathaeus; meminisse sane debuisset *facultatum* Mariae, de quibus tamen

nec γὰρ nec μὲν legimus. Paupertas eius potius elucet tum ex eo, quod ad se purificandam non *agnum anniculum* Lev. XII, 6., sed, quod pauperibus licebat, vers. 8, *turtures duos* Luc. II, 24., vnum ad holocaustum, alterum ad sacrum piaculare, obtulit; tum ex eo, quod Nazarethi habitabat, quum tamen ipsi, si filia ἐπίκλητος, hereditate praedita, fuisset, in Iudaea degendum fuisset; tum ex eo, quod in antro, quod stabulo pridem inseruierat, peperit, quum, si opulenta fuisset, facile commodior locus conducere ab ea potuisset. Itaque pauperrimi Jesu paupercula *mater ex tribu Judae non oriunda esse potuisset, licet, sponsum Iosephum ad tribum Judae pertinere, demonstratum a Matthaeo esset.* Vel

II. dicunt, *patris Christi legalis*, qui Christum nempe educaverit, *genealogiam sibi*, quae, patre vero seu naturali ignorato, dati apud Iudaeos consueverit. Sunt verba Celeb. CHRIST. MATTH. PFAFFII in Notis Exegeticis in Euangelium Matthaei p. 61.

RESP. Negamus pro ignoto habuisse Iudaeos patrem Christi. Quum enim *mater* Jesu, Maria, tunc *viua & manifesta* esset, quaeri ex ea genuinus pater potuit. Siue Iosephum pro vero Christi patre habuerint, quae opinio, considerata pietate Iosephi, non nisi coniugio Iosephi atque Mariae niti potuisset; siue sciscitati e Maria didicerint, DEVM ipsum humanae Christi naturae immediatum auctorem esse: neutro pacto verus pater Christi pro ignorato habitus est, ideoque nec Matthaeo integrum fuit, docere: *verus Christi pater ignoratur*, hinc *pater* eius *legalis*, in genealogia perpendiculari, *patris nomine censendus fuit.*

Joan. VI, 42 Iudaei ipsi Iudaei testantur, sibi cognitum esse Christi patrem: ἔχ' ἑτός ἐστιν Ἰησοῦς, ὁ υἱὸς Ἰωσήφ, ὃς ἡμεῖς οἰδαμεν τὸν πατέρα; OBS. Nostram quidem hypothesein haec difficultas premere videtur, quod, si Matthaeus, CHRISTI maiores relaturus, genealogiam Iosephi, mariti Mariae, accommodationis ergo, exhibet, *Iosephum tamquam verum CHRISTI patrem repraesentet*, adeoque *errori patrocinetur.* Habemus vero, quod respondeamus.

Tantum abest, ut vinculum harum propositionum evidens sit, ut posterius ex priori minime consequatur, nisi antea euictum fuerit, genealogiam Christi, a Matthaeo datam, *prorsus eadem ratione*, qua vulgares Iudaeae, *instruendam esse, & nulla parte ab iis discedere.* Jam vero Matth. I, 16. vestigium satis luculentum existat, quo ipse scriptor sacer nos monitos vult, ne Iosephum pro patre Christi naturali habeamus. Neque enim dicit, Ἰωσήφ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰησοῦν, prouti dixerat Ἰακώβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ, sed satis caute, mutato tenore, ita pergit τὸν Ἰωσήφ, τὸν ἄνδρα Μαρίας, Ἐξ ἧς ἐγέν-

ἐγέν-

ἐγεννήθη Ἰησοῦς, ὁ λεγόμενος Χριστός. Vtique igitur patet ex illa accom-
 modatione, (qua, 1) vitae curriculum *genealogia* incipitur 2) *ge-*
nealogia tamen solius patris,) intercessisse Mariae atque Josepho
matrimonium; minime vero inde constat, *Jesum a Josepho esse*
genitum. Eatenus enim Matthaeus sese attemperat institutis po-
 popularium suorum, quatenus salua veritate & sine peccato fieri
 poterat; imitatur, quae ad scopum conducere videbat; seiungit,
 quae in personam Christi iniuria forent. *Recitat patres Josephi*
& Josephum, at, non affirmat, ex eo Jesum descendere, repugnat
potius. Recitat tantum, ne contemnere Judaeorum methodum
 videretur, *marium* tantum maiores senarrantium, ac ne eos a
 lectione vitae Jesu primo statim capite auerteret, & ad reiiciendum
 totum libri argumentum induceret, si receptae eorum opinioni,
 quod Josephus pater Christi naturalis esset, non satis prudenter &
 speciose vim intulisset; recitat, quia vel *genealogiae* Josephi re-
 censio vsu non carebat. Partim enim ea *coniugium* Josephi at-
 que Mariae clarissime docetur; partim declaratur, Mariam, licet
 Messiam peperisset, partem tamen societatis conjugalis *inferio-*
rem fuisse, tantum abest, vt ὑπερδουλεία, excellentiam civilem com-
 plectens & superans, (Bellarmin. de sanctorum Beat lib. I. c. 12.) ei
 debeatur; partim ea habuit vim argumenti κατ' ἄνθρωπον, docendi
 ortum Christi ex tribu Judae, nec errorem persuasit; partim, si
 exinde, quod Josephus κατ' ἐξοχήν filius David nominatur, & ex voce
 Ebr. VI, 14. πρόδηλον colligi potest, Josephum vnice de familia
 Davidis superstitem esse, ista *genealogia* demonstravit, eius coniu-
 gem Mariam veram Messiae matrem esse.

§. VI.

Secundum argumentum enascitur ex Matth. I, 18.
 coll. comm. 19, 20. seu ex desponsatione Mariae, collata
 cum *remotione obstaculorum*, quae nuptias, die pronubo
 sponfas, impeditum ibant, facta per apparitionem an-
 geli et admonitionem. Scilicet, *si Maria Josepho despon-*
sata fuit, per v. 18. Μνησευθεσίας - - Μαρίας τῷ Ἰωσήφ; *timor*
autem, ne desponsationis complementum, *nuptiarum ce-*
lebratio, peccati culpam habitura esset, atque persuasio, *Ma-*
riam essentialem pacti partem proaereticè migrasse, vnicae
B 3
causae

causae fuerunt, cur Iosephus nuptias recusaret, per v. 19. Ἰωσήφ δίκαιος ὢν; illae autem legati a Deo missi comparitione ac sermone prorsus dispulsae sunt, per v. 20: nuptiae istae revera peractae sint, necesse est; quippe sublatis omnibus effectus impedimentis ponitur effectus, per Metaph. Antecedentis membro secundo lucis paullo plus adfundendum est, et confirmandum, non nisi id, quod nominavimus, nuptiis impedimento fuisse. Suspicio quaedam Iosephi, Mariam non stetitisse conventis, sed copiam sui alicui fecisse, innuitur hac ei opposita propositione τὸ ἐν Μαρίᾳ γεννηθὲν ἐκ πνεύματος ἁγίου id quod in Maria existere coepit, ex Spiritu sancto est. Pietas Iosephi erga DEVM constat ex eo, quod Spiritus sanctus, qui intimos animorum sensus exploratissimos habet, v. 19. iustitiam, seu studium vitandi legis divinae transgressionem tamquam causam adfert, quae Iosephum a celebratione nuptiarum retraxerit. Ἰωσήφ --- δίκαιος ὢν, ΚΑΙ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, Iosephus iustus existens h. e. 1.) studio praeditus servandi quam maxime legum divinarum a) complexum 2) eoque (ὢν) perpetuo constantissimo et habituali; ideoque veritus, ne, Mariam, quae partibus suis male functa videbatur, in coniugium sibi adsociando, DEVM iratum redderet, aliisque offendiculum poneret; VERUNTAMEN b) nolens publico ignominiae spectaculo eam exponere h. e. suo conatu non commissurus, ut crimen eius 1) in tam multorum hominum notitiam perveniret, & tam perspectum fieret, quam solent fieri res, in foro Atheniensium, δῆγμα dicto, expositae, 2) ut publice lapidaretur, quod poenae genus adulteris destinatum, et sane gravissimum c) fuit, sicuti suffocatio levissimum. Ad ductas vero causas unicas fuisse, existimare licet, quia Iosephus δίκαιος legum observandarum ac proinde etiam
sciens-

sciendarum studiosus probe tenuerit: obligationem desponsationis, quae pacti coniugialis constitutio est, non tolli, d) nisi 1) peccato, quod, cum plena desponsationis executione coniunctum fore, certo & recte quidem praevidemus. 2) Voluntaria essentialium pacti violatione. Amoris frigiditatem impedimentum nuptiarum certe non fuisse, exinde patet, quod Iosephus Mariae, quamvis ea foedissimi criminis rea videretur, vehementius tamen non iratus est, sed, nondum caelitus edoctus, famae eius maxime studuit, Matth. I, 19.

- a) Haec paraphrasis praestetne ei, quam suadet Cl. J. A. BUTTSTETT in Notis Phil. ad h. l. §. 8. p. 70: *Ob er gleich berechtiget war, supple, Mariam zu verklagen und zur schimpflichen Strafe zu ziehen; so wolte er doch &c.* fideant periti iudices. Partim is non attendit, excipi ὧν non a tempore definito, sed participio θίλων; partim nullam rationem habuit *particulae καὶ*, non frustra positae, sed, dum coniuncta participio est, prohibentis, ne in vocula ὧν protasis finiat, ac iubentis, ut μὴ θίλων ad eandem pertineat. Si verba absente καὶ ita fluere: Ἰωσήφ δίκαιος ὧν ἐκ ἡθέλην αὐτήν &c. lubens ei subscriberem, & ὧν per *etsi* explicarem, prout explicandum est, i. Tim. III, 14. τὰυτὰ σοι γράφω, tempore definito, ἐλπίζων εἰσεῖν πρὸς σε τάχιον *etsi* spero &c. Jo. XII, 38. Jam vero καὶ eandem periodi formam continuet & hic inde resultaret sensus, sed quam hiulus! necesse est: *Iosephus, etsi ius habebat, ac etsi volebat ignominiae prodere eam: decrevit, clam dimittere eam.* Partim dura ellipsis foret: δίκαιος ὧν *cum Maria legibus contendendi, & eam in ius vocandi.*

Δικαιοσύνην saepe notare habitum *virtutis in genere*, neminem eorum, credo, fugiet, qui paullo plus diligentiae ad sacrae scripturae vocabula expendenda adferunt, quam qua ephemerides perlustrant. Audiamus tamen MOSHEMIVM in der Zugabe zu den heiligen Reden p. 272. *Gerechtigkeit bedeutet alle Pflichten & BAUMGARTENIVM in der Theol. Moral. §. 135. in schol. p. 291. Gerechtigkeit bedeutet zuweilen im allerweitesten Verstande das ganze rechtmässige Verhalten eines Menschen, oder die gesammte Beobachtung der Gesetze, und sonderlich äufere Erweisung der innern Heiligkeit, oder herrschenden Liebe des Guten Luc. I, 75. Epist. IV, 24. &c.*

- b) Καὶ significare *sed, attamen*, docent loca Matth. XII, 43. Marc. IV, 36. Luc. XXIV, 52. Jo. I, 10. Cap. VI. 70. Phil. IV, 10.
e) LVNDII Jüdische Heiligt. p. m. 469. II, d) Conz

- d) Confer, quae illud solidissimae ac vastae eruditionis non magis quam sanctioris vitae & integerrimi candoris exemplum, modo memoratus SIGISM. IAC. BAUMGARTEN habet in *d. Theol. Bedenken erster Sammlung VIII. St. p. 359.*

§. VII.

Tertia eaque satis fortis ratio haec est: *Si angelus Iosepho coniugium cum Maria suavit: Iosephus cum Maria in coniugio vixit.* Quum consequentia ex Matth. I, 24. liqueat, ubi Iosephus consilio angeli paruisse expresse dicitur: ὁ Ἰωσήφ ἐποίησεν, ὡς προτέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου: nihil restat, quam ut antecedens firmetur. Fiet id duplici gradu, primum, delibando ex *profanis scriptoribus*, παραλαβεῖν significare solere *nuptiarum peractionem*; deinde, ex *hac ipsa*, quam tracto, *historia* demonstrando, hoc loco non secus accipiendum id esse.

§. VIII.

Phrasis λαβεῖν siue παραλαβεῖν τὴν γυναῖκα proprie notat *feminam a parente*, vel eo, qui eius loco est (qui igitur dicitur δέναι) *in manus traditam* & ACCIPERE & DOMVM DVCERE, seu perpetuo hospitio excipere. Subintelligendum enim est: πρὸς χεῖρα & εἰς οἶκον. Deinde, quia haec acceptio & domum ductio die nuptiarum fieri solebat: generatim, nullo respectu ad istos actus habito, a) denotat: *uxorem suo iure sumere* (Vide IO. SCAPV-LAE Lexicon p. m. 916.) *uxorem in continuam vitae sociam & administram sibi rite adiungere*, seu, quod idem est, *nuptias peragere.* Et subaudiendum quidem est: γάμω. Ita non solum plena phrasi vsurpatur a PLVTARCHO, qui, *de puerorum educatione* (edit. PETR. WESTHV-SII c. I, 8) Lacedaemonios regem suum pecunia multasse narrat, propterea ὅτι μικρὰν τὸ μέγεθος γυναῖκα γάμω λαβεῖν

βεῖν ὑπέμεινεν, quod parvam, quoad staturam, mulierem NVPTIIS ACCIPERE *sustinuerit*; verum etiam nudum vocabulum λαβεῖν de sponsa, quam maritus seu sponsus suscipit, adhibetur, cum a poëtis, v. c. Menandro in sentent. p. m. 317. λαβεῖν γυναῖκ' ἀπροικον, MATRIMONIO SIBI IUNGERE *virginem sine dote*, tum a probatissimis quibusque profaïcis auctoribus, ceu ostenderunt ANT. BYNÆVS *de natali Jesu Christi* p. 212, 257, RAPHELIVS *in notis Xenophonteis* p. 5. & Polybianis p. 8. & IAC. ELSNERVS *in Obseruat. Sacr. N. T.* Tom. I. ad h. l. p. 3. Confer et Dion. Halicarn. Antiqu. Rom. Lib. IV. fol. m. 144. A. & alibi, Platonem. de rep. lib. I.

- a) Hinc Latine diceris *duxisse uxorem*, licet propria domus tibi non sit, in quam eam manu ducas.

§. IX.

Matth. I, 20 vocem παραλαβεῖν de nuptiarum celebratione accipi oportere, ex ipso textu sacro sic ostendimus: Si vox ἀπολῦσαι v. 19. (cui opponitur v. 20. vox παραλαμβάνειν) notat propositum Josephi, vinculum, quo Maria ipsi obligabatur, dissuendi, coniugium nullum cum ea contrahendi, seu eam non ducendi: vi oppositi & pro scopo angeli, qui consilium illud Josephi destructurus & propositum isti contrarium in eo producturus erat, verba haec: μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου, nihil aliud volunt, quam hoc: *Josephe*, curis distracte, amore, pudore & nunc quidem timore paullo commotior! *ne dubita*, pristinum illud decretum tuum sequi, nempe *Mariam*, quae sponsione tibi promissa, propius tecum connexa & quasi vxor tua legitima a) iam est, *per connubium rite tibi adiungere, nuptias celebrare cum ea*, & vt fit post illas, *domum ducere eam*, adeoque te veluti patrem nascituri filii

C

dare,

dare, vt fama Mariae falua fit. *Prius* tum ex eo, quod ἀπολύειν frequenter de repudiis adhibetur, tum e toto nexu tam clarum est, quam quod clarissimum, maxime ex voce μνησευθείσης Matth. I. 18. Quum enim Maria Iosepho desponsata fuerit: verba haec Ἰωσήφ ἐβλήθη λέγειν ἀπολύσαι αὐτήν hunc sensum flagitant: *post multam deliberationem, consilium tandem hoc cepit, CLAM h. e. 1) proposito in iudicio publico haudquaquam denuntiato, nec instituta publica repudii actione, sed duobus tantum testibus praesentibus b) 2) seruato causae silentio, vt Mariae existimationi parceret, DIMITTENDI EAM (non ἀπολείπειν, sed ἀπολύσαι) ex vinculo c), quo constricta tenebatur per promissum, in desponsatione factum, seu, nullum matrimonium cum ea ineundi.* Notandum etiam est, vocem γαμήσαι h. l. non tam congruam futuram fuisse, quam παραλαβεῖν, quia *separationem cogitauerat Iosephus.*

- a) *Desponsata* enim virgo legitimae uxoris instar habebatur, ceu constat 1) ex Deut. XXII, 23-27., vbi in concubitu cum desponsata perinde ac in adulterium plenum animaduertitur. 2) ex Genes. XXVIII, 21, vbi RAHEL, nondum domum ducta, vxor Jacobi appellatur: רַחֵל אֵת אִשְׁתִּי, δός μοι τὴν γυναῖκά μου, ex versione τῶν ὁ.
- b) Vide Codicem Talmudicum, sat magnum, *Gittin*, in quo agitur de modo tradendi libellum repudii vxori repudiandae.
- c) Similis huic est phrasēs AELIANI *Var. Histor. lib. V.* ἀπολύειν ἐν τῶν τῆ σώματος δεσμῶν. Confer Annotationes Jo. Schefferi.

§. X

Nec minus stringit argumentum *quartum* Matth. I. comm. 25. in verbis ΚΑΙ Ἰωσήφ ἐκ ἐγνώσκειν αὐτήν, SED a) *non agnouit eam*, h. e. procreandae ex ea soboli operam nullam dedit, obuium. Huius abstinentiae mentione opus fuisset nulla, b) nisi Iosephus Mariam matrimonii vinculo tunc iam sibi copulasset, & nisi id ipsum phrasi v. 24.

παρέ-

παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτῆς, ex mente scriptoris sacri indicatum iam esset. Quis enim nescit, hunc actum, qui per γινώσκειν indicatur, ante peractas nuptias detestandum crimen esse, et furtum eius rei, quae in nuptiis demum tradenda fuit. Quis ipse tam malus esset, ut vel suspicaretur, virum, quem Spiritus, qui nos sanctos reddit, et quid iustum sit, optime diiudicat, ipse tamquam δίκαιον laudat (§. VI.); virum ergo, crebriorum Dei mandatorum, de seruanda fide et sectanda veracitate, castitateque, in sacris litteris clarissimorum, numquam immemorem, id occupasse, quod per leges diuinas & humanas nondum licebat? Dicere, Josephus fuit δίκαιος, seruandarum legum diuinarum omnium constantissime studiosus, SED non scortabatur: aequae hiulcum ac ieiunum mihi esse videtur, atque si diceres: *Trebatius in lingua Latina versatissimus est, SED litterarum elementa, quae puerulis in fiblia, uti vocant, seu βιβλίω, libello primo, ob oculos ponuntur, non ignorat.* Posito priori, ponitur posterius, per se clarum. *Hypothetice, si nempe diligentissimus & accuratissimus voluntatis diuinae obseruator fuit Josephus, fieri non potuit, ut tam crassum & nefandum flagitium auderet; bene gnarus, officia non esse seiungenda, sed vniuersa praestanda.* Facili igitur intelligitur negotio, verbis, καὶ ἔκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, indicari: Josephum ab ea re, qua uti iure poterat, se continuisse.

- a) Quod καὶ denotare soleat *sed*, refert STOCKIUS in *Clav. N. T.* p. 518. conf. huius *diff.* §. 6. p. 15. b) *Non secus* vero ut *b. l.* valeat, iubet cohaerentia.
- b) Si dicis, hoc monitum, καὶ ἔκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ideo expresse esse adiectum, quia plurimum nostra intererat, certo scire, Mariam, quum illibata & intemerata virgo esset, Messiam peperisse; siquidem, ea, quae vel maxime legibus debentur, subinde migrari, tristis experientia omnium saeculorum docuit: dicis talia, quae vim haberent, sed Josephus non antea v. 19. tam praeclare laudatus esset, & ex effato,

C 2

δίκαιος

διόμοιος ὢν, de puritate ac de pudicitia Mariae, a Josepho minime laesa, conflare non posset *abunde*. Si Josephus fuisset mali commatis iuuenis, sed fuit tunc iam satis aetate prouectus; si, salacissimi Jouis instar, cupiditatum lenociniis & impuro furori deditus, nec DEVM reueritus fuisset: censerem sane, caussae non nihil scriptori sacro futurum fuisse, cur hanc abstinentiam Josephi sponsi a Maria *sponsa* clarissimis verbis testaretur. Sed quum huius impotentiae periculum in Josepho adfuisse nullum, scriptor sacer iam adfirmasset; diserte commemorata *iustitia* seu *santitate* eius, quae temperantiam quoque complectitur: aut per obliuionem eorum, quae supra v. 19 iam monuerat, aut consulto vitium illud, quod *SVPERFLVVM IN SIGNIS* vocamus, cui nullum signatum respondet, commisit Matthaeus, si, antequam matrimonio coiuisent, Josephum amore surreptitio vsu non esse, nuntiasset. Est ἄτοπον prius, vnam eandemque rem bis frustra propositam esse, ergo & posterius.

§. XI.

Argumentum *quintum* est, quod Luc. II, 33. Josephus **PATER** Christi vocatur: καὶ ἦν ὁ πατήρ καὶ ἡ μήτηρ αὐτῶν θαυμάζοντες, & **PATER** atque *mater* eius erant mirantes. Vulgaris quidem lectio est, καὶ ἦν Ἰωσήφ καὶ ἡ μήτηρ &c. Sed quum codices MSS. multi habeant ὁ πατήρ, a); quum v. 48 Maria ipsa Josephum *patrem* appellet, sicuti v. 41. in voce γονεῖς pater fere salutatur; quum ea lectio *plerumque* genuina sit, quae *difficultatis* aliquid habet, quod tollere scioli emendatiunculis suis laborarunt: recte Lutherus lectionem, quae plerisque authentica videtur, sequutus est: *Und sein VATER und Mutter verwunderten sich*. Ii enim, qui certo nouerant, Josephum non esse patrem Christi naturalem, cum indignatione nomen πατήρ legisse, & incommodum, quod exsistere potuisset, si quis imperitus lector, πατέρα *naturalem* indicari, iudicasset, primum transfixisse obelo, posteaque librariorum, qui exemplum illud descripserunt, ex eadem ἀκρισία sanare voluisse, substitutione nominis Ἰωσήφ, videntur. Hoc glossema in multos codices irrepsit. Si itaque Josephus pater
Christi

Christi vocatur, vel intelligitur *vitricus*, qui utique *pater* vocari potest eo iure, quo nouerca *matris* nomen sustinet; vel vocatur *pater naturalis* κατὰ δόξαν, ex opinione hominum b) tunc viuentium. Vtrumuis e ligas, apparet Josephum ac Mariam coniuges fuisse. Vnde enim videri potuisset *pater*, nisi ex matrimonio? c) Temere Josephus caelebs (pariter, ac Maria mater eius vocatur,) *pater* Christi diceretur, & cum emphasi ista Mariae adiungeretur.

a) IOAN. CHRISTOPH WOLFIVS in *Curis Philol. & Crit. Tom. I.* ad h. l. p. 593.

b) Modum loquendi κατὰ δόξαν minime dedecere scripturam sacram, nec infrequentem in ea esse, nulli ignorant. Exemplis huiusmodi, quae in dissertatione nostra *de primo primorum hominum peccato* §. LIII. congesta sunt, adde, sis, quod SAMVEL, qui ad plures iam abierat, 1. Sam XXVIII, 13. 14. apparuisse dicatur, certe non nisi propter opinionem Saulis, simul indigitandam.

Pater erat non natura, sed CONIUGII LEGE, fama, ac publica opinione. Haec verba BEZAE, itemque LVCAE BRVGENSIS recitat MATTH. POLVS in Synops. Bibl. p. 901. & ad Luc. III, 48. p. 911.

c) Josephum tamquam *Euergetam* Christi, *coniugio exclusum*, non dici *patrem* eius, docet 1) significatus patris *proprius*, ad *coniugatum* relatus, 2) quod tam *crebro* & *constanter* fere Joseph *pater* vocatur, 3) quod ita denominatus Mariae, *adiungitur matri*.

§. XII.

Argumentum *sextum*, cum praecedenti fere idem, sed non prorsus idem, fortius, est: quod Josephus 1) a Maria ipsa, quae omnium optime testari potest, an ipsa cum Josepho in connubio vixerit 2) in Synagoga frequentissima a) *pater* Christi vocatur Luc. II, 48. τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; ἰδὲ ὁ πατήρ σε καὶ γὰρ ἐδυνώμενοι ἐζητῶμέν σε. *Fili mi! cur fecisti nobis sic? ecce PATER tuus & ego* b), *acerbissima animi perturbatione affecti, quaesiuimus te.* Qua fronte, qua specie veri ausa esset Maria, in concione populi, Josephum nuncupare *patrem* Christi, nisi ipsa ei matrimonio fuisset coniuncta, propter quod populo videri c) potuit, Christum a Josepho esse genitum?

- a) Locum, in quo ad Christum disputantem haec verba fecit Maria, ex sententia RELANDI *in Antiqu. Vet. Hebr.* P. I. §. 6. p. 57. BRAVNII *de vestitu Sacerdotis Hebr.* p. 845 & SAL. DEYLINGII *Part. III. Obs. sacr.* p. 221 seq. fuit בית הכנסת synagoga templo contigua, qualem templo proximam fuisse, magistri produnt in נומן 7 §i. Ex sententia SAM. BASNAGII *Tom. I. Annal. eccles.* p. 206. fuit לשכה Gazophylazium templi, seu pronaon. Mihi quidem h. l. id perinde est, intelligenti, per Synagogam, congregationem maiorem.
- b) Syrus Mariam ꝑ aemittit אֲנִי אֶפְתָּח וְעָנָה אֵלָיו אֵלֹהֵינוּ ego ꝑ Pater tuus.
- c) Communem praesentium opinionem fuisse: Jesum esse Josephi filium genuinum, apparet, praeter cetera, ex responsione Jesu, qua hunc errorem subtiliter *inuadere* mihi videtur: *ἐκ ἡδεντε, ὅτι ἐν τοῖς τῆ πατρός με δὲ εἶναι με; nonne noueratis, quod in negotiis patris mei (VERI, non Josephi, vti Mariae verba sonant, sed DEI) oporteat me esse?*

§. XIII.

His praemissis, demum Matth. I. comma 16. etiam in subsidium vocari posset. Probabile enim per illa euadit, verba (octo annis post adscensionem Christi in coelos scripta) Ἰακώβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ τὸν ἀνδρα Μαρίας hunc sensum fundere: *Jacobus autem genuit Josephum, MARTIVM Mariae.* Nec inusitatum esse hunc ἀνδρὸς significatum, sciunt, qui primis labris Graeca tetigerunt. Rom. VII, 23. 1. Cor. VII, 2-10. C. XIII, 35. vnde φίλανδροι Tit. II, 4. 5. sunt *amantes maritorum.*

SECTIO II.

RATIONES AD MARIAM SPECTANTES:
DVAE

S V M M A.

1. Crimen in Mariam a Judaeis coaeuis numquam coniectum est, quod *adultera* esset, & per nefandum amoris furtum Jesum, conceptum, peperisset; qua macula adspargere eam, propter exosum filium, certe non intermisissent hi superciliosi, nisi intercedens Mariae cum Josepho *coniugium*, e quo legitime procreatus videbatur, omnem conuictiandi ansam eis eripuisset. §. XIII.

2. Ma-

2. Maria legem, quae impuris Lev. XII. scripta est, obseruauit, Luc. II, 22. 24. At, propter partum IESV, *peccati originalis peste neuiquam infecti*, mundatione ei opus nulla erat. Maria ergo eam per sacrificia, media gratiae, quaesuit ideo: quod *vxorem Iosephi se esse*, omnes scirent, & tunc, in isto exinanitionis Christi statu, nondum placeret Deo, opinioni hominum, *quasi Iesus naturali ordine esset generatus*, aperta confessione contrarii, bellum inferre. §. XV.

§. XIII.

Septimum momentum: Si Maria atque Iosephus coniugio copulati nullo fuissent: Judaei, qui diuinitatis IESV atque mysterii incarnationis partim ignari, partim impatientes fuerunt, Mariam puerperam scortationis postulasent, atque incustoditum amorem ad infamiam eius traxissent. Jam vero falsum est posterius, ergo & prius. Consequentia huius argumenti habetur in illorum temporum conditione, quibus natiuitas optimi Seruatoris contigit, alienis quidem a virtute, in vitiorum licentiam tamen haud prorsus patulis. Licet deploranda religionis facies esset, ac plurima reipublicae Iudaicae membra a sanitate defecissent, frequentata etiam in ea essent adulteria: prouidit tamen diuina sapientia, non solum, vt aliqui prudentiores vitiis multitudinis nihil concederent, verum etiam, vt iustis legibus ciuilibus scandalis atrocissimis occurreretur, ac poenis, tam mulctis quam suppliciis, cohiberi illiciti amoris crimina a) subinde solerent. Saltem Maria, mater hominis, Iudaeis tanto odio habiti b) & Pharisaeis tam aduersarii, impune non tulisset turpe facinus, sed, vel compluribus annis post perpetrationem illius, grauissimas poenas dedisset, si non admittenda admisisset, & corrumpi se passa fuisset. Lapidatione hominum consortio subtrahenda fuisset. Lev. XX, 10. Deut. XXIII, 1. C. XXII, 22. 24. coll. Ez. XVI, 36. 40. Jo. VIII, 5. Censendi audaciam inspirasset odium, si vel dubium fuisset vitium, & protrita iecisset. Posterius falsum esse, colligo

ligo

ligo, PARTIM ex altissimo *silentio euangelistarum*, quorum certe vnus huius criminationis mentionem inieciſſet, quum alias, vel multo leuioreſ, haud reticeant. Memorant v. c. coniectas in diſcipuloſ Chriſti, ob ſpicas eſas, vt Chriſtum grauarent. Nihil tam volucre, nihil tam late diſſipatur, quam maledictum. Si vſpiam Maria inſeſtata hoc probro fuiſſet, euangeliſtas id non latuiſſet; nec reſ miniſi momenti eſt. PARTIM id probō *ex laude pietatiſ, incorruptiſſimaeque vitae caſtitatiſ, qua floruiſſe, & omnibuſ, qui tunc vixerunt, conſtituiſſe, a probatiſſimiſ ſcriptoriſ dicitur. Horum teſtimonia igitur, quo valeat ſilentium ſcripturae ſacrae, declarant. Dum tacet ſcriptura ſacra de calumnia adulteriſ, in Mariam coniecta, *clamat* ſane, eam in Mariam, coniectam NON fuiſſe.*

a) Impudicitiam in grauiſſimiſ peccatiſ numeratam eſſe, etiam inde apparet, quod *ſcortari* per ἀμαρτάνειν Jo. VIII. 17. Luc. VII, 37. 2. Petr. II, 14. κατ' ἐξοχὴν exprimitur.

b) Quam virulentum hoc Iudaeorum odium fuerit, exinde etiam colligeris, quod *rariſſime* dulciſſimi *Seruatoriſ noſtri nomen eloquuti ſunt*; ſed ei, (quaſi abominandum eſſet id, per quod ſaluamur Act. X, 43.) ſubſtituerunt circumſcriptioneſ, contentum connotanteſ v. c. ἴτοιſ Matth. XXVI, 61. 65. 66. Luc. XXIII, 2. 3. Joan. VII, 15. C. XVIII, 12. ἐκάνοſ Cap. VII, 28. ἴτοιſ ἀνθρώπουſ com. 16. 24.

§. XV.

Si Maria *ſacrificium piaculare*, ad ſe purificandam ex puerperio, *obtuliſ*, quum tamen per partum huius ἀγία Matth. I, 20. huius ὁſίſ, ἀκάκηſ, ἀμιάνηſ, κεχωριſμένηſ ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν Ebr. VII, 26. μὴ γνόντοſ ἀμαρτίαν 2. Cor. V, 21. Ebr. III, 15. ἀμνῆſ, ἀμώμηſ καὶ ἀſπιληſ I. Pet. I, 19. *immunda reddita non eſſet*: feciſſe hoc videtur propter opinionem hominum, putantium, Jeſum naturali lege ex Joſepho & Maria ſublatoſ eſſe. Ex iſta opinione vero elucet coniugium verum.

SECTIO

SECTIO III.

RATIONES AD AMBOS, TAM MARIAM QVAM
JOSEPHVM, PERTINENTES,
QVATVOR.

Σύνοψις.

- 1) Maria & Josephus *duodecimo* post Jesum natum *anno*, societate simplici coniuncti, vixerunt, Luc. II, 41. Tam diuturnum consortium *citra coniugium* nec *suspicione* & *indignitate* caruisset, nec in ista rerum conditione per leges & instituta Judaeorum *licuisset*. §. XVI.
 - 2) *Coniunctim* ambo memorantur & aequali studio idem agitarunt. Luc. II, 42--51. §. XVII.
 - 3) Maria atque Josephus *parentes* Christi vocantur Luc. II, 41. 33. 43. §. XVIII.
 - 4) *Vtrique* Christus *ὑπετασσόμενον* *subiectum* & *morigerum* se praestitit Luc. II, 51. Ergo societate coniuncti, eaque arctiori, fuerunt, etiam post illud tempus. §. XXIII.
- Obi. Phrasīs *πρὶν ἢ συναλθεῖν* Matth. I, 18. coniugium Josephi atque Mariae concedit. §. XXX.

§. XVI.

Nonum argumentum fit, quod legimus: Mariam ac Josephum, non dicam, *Bethlehemum* socialiter commigrasse, verum, vel *duodecimo* post natum Jesum *anno* socios sibi fuisse Luc. II, 4. 5. & 41. seq. Proficiscebantur vterque hoc anno Hierosolymas. Minime inficior, solitum esse illud amicorum collegium, a quo vnus agnus paschalis consumebatur, societatem itineris facere; neque tamen persuadeor, Josephum non nisi vnum ex his amicis fuisse, & Mariae hoc duodecimo anno forte fortuna comitem se adiunxisse. Dicuntur enim hi ambo etiam *ante* duodecimum hunc annum, *κατ' ἔτος*, *singulis annis* duodecim praegressis, *Hierosolymas profecti* v. 41. Nisi Josephus coniux Mariae exstitisset, is forte *non singulis annis*, Mariae indiuiduus consors, adfuisset. Nondum habet, fateor, animus, in quo *πληροφορητικῶς* acquiescat; ve-

D

rum,

rum, si perpendimus, *Mariam certe Josepho olim desponsatam fuisse*, haud iniquum esse reor, ex ista diuturnae societatis Mariae atque Josephi mentione colligere maius aliquid, *societatem matrimonialem*. Quum enim desponsationis istius vim sublatam esse, nusquam legamus; legamus potius Matth. I, 20-24, Josephum *accepisse* Mariam: statuendum esset, eos *tredecim annos sibi fuisse desponsatos*; quod tantum abest, ut licitum fuerit inter Judaeos, institutorum suorum tenacissimos, ut potius dies nuptiarum raro ultra tres a) menses prorogaretur inde a die, quo sollemnis fiebat futurarum nuptiarum sponsio. Longior, sine grauissimis causis facta, mora, quam, quae die desponsationis constituta fuerat, b) turpitudinis habere aliquid credebatur.

a) PAUL CHRISTOPH HÖPFNERI *Hierosol. antiqua* p. 156.

b) IO. BVXTORF *Synag. Judaic.* Cap. XXXIX. p. 626.

§. XVII.

Decimum argumentum, quod veritati coniugii Josephi atque Mariae fauet, *coniunctissimorum studiorum ac negotiorum* mentio est. Neque enim solum Luc. II. v. 33, verum etiam in omni illa orationis parte, a versu 41-51. ea, quae narrantur, his ambobus, *numquam non coniunctim nominatis*, tribuuntur, & idem utriusque animus, idem dolor, eadem cura fuisse adseritur. En! creberrimam consociationem v. 33.) ἦσαν θαυμάζοντες. v. 39.) καὶ ὡς ἐτέλεσαν ἅπαντα - - - ὑπέσχεσαν. v. 41.) καὶ ἐπορεύοντο γονεῖς αὐτῶν. v. 42.) ἀναβάντων αὐτῶν. v. 43.) τελειωσάντων - - - ἐν τῷ ὑποσχεθῆναι αὐτῶν - - - καὶ ἔκ ἐγνω Ἰωσήφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτῶν. v. 44.) νομίσαντες - - - ἦλθον - - - ἀνεζήτην v. 45.) εὗροντες - - ὑπέσχεσαν ζητῶντες v. 46.) εὗρον. v. 48.) ἰδόντες ἐξεπλάγησαν - - - ὁ πατήρ σου, καὶ γὰρ ὀδυνώμενοι ἐζητῶμέν σε - - - ἐζητεῖτε - - - ἤδειτε. v. 50.)

v. 50.) καὶ αὐτοὶ ἔσυνῆκαν - - - αὐτοῖς v. 51.) κατέβη μετ' αὐτῶν, καὶ ἦν ὑποτασσόμενος αὐτοῖς. Quid erat, ut Josephus res Mariae tam singulari cura suas faceret, non minorem, quam ipsa, ex iis animi aegritudinem caperet, non minori diligentia ferueret, ut is, prae ceteris, confors confiliorum & studiorum Mariae toto hoc penso commemoretur? Sapere haec rationum & officiorum communitio arctius vinculum videtur, nempe *coniugium*.

§. XVIII.

Vndecima ratio consistit in expresso PARENTVM nomine, Josepho atque Mariae dato Luc. II, 41. itemque commate 33, 43. καὶ ἐπορεύοντο γονεῖς αὐτῶν κατ' ἔτος εἰς Ἱερουσαλήμ τῇ ἑορτῇ τῆς πάσχα & proficiscebantur (solebant proficisci) *parentes a) eius quotannis Hierosolymas festo paschae*. Hac denominatione, γονεῖς, κατὰ δόξαν, vel, si mauis, ex vsu loquendi vulgari, quo etiam vitricum, patrem improprium, generatim patris titulo insignimus, scriptura significat: Josephum vulgo habitum b) esse pro patre Christi, adeoque Mariam & Josephum matrimonio connexos fuisse, quippe illa opinio non nisi ex matrimonio nasci potuit. Mendax *parentum* nomen fuisset, nisi connubii foedus ambos continuisset. *Beneficus*, enim, vel si pater diceretur, non tamen verae matri ita adiungendus est, ut genuisse filium cum illa videatur.

a) Commate 33. communis quidem lectio est: καὶ ἦν Ἰωσήφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτῶν, & commate 43: καὶ ἐκ ἔγνω Ἰωσήφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτῶν. Sed codices MSS. habent priori loco: καὶ ἦν ὁ πατήρ καὶ ἡ μήτηρ, posteriori autem, γονεῖς §. XI. a) J. A. Bengelii N. T. p. 519. Nulla ratio dari posset, cur voces Ἰωσήφ καὶ μήτηρ in γονεῖς essent transmutatae. Vicissim, cur vox γονεῖς in eas mutata sit, facile apparet. Igitur voces Ἰωσήφ καὶ ἡ μήτηρ spuriae videntur.

b) Solet scriptura sacra, quoties κατὰ δόξαν loquitur de re aliqua, simul publicare *hominum* de ea opinionem §. XI. b)

XVIII.

Duodecimo loco, ex eo, quod Jesus non solum Mariae, verum αὐτοῖς, Mariae atque etiam Josepho, obedientem se praebuisse dicitur Luc. II, 51. suspicari licet sodalitiū & conuictum Mariae atque Josephi. Phrasis, ὑποτασσόμενος αὐτοῖς, aegre patitur coniecturam, Josephum seiunctum a Maria fuisse, sed commodior est ad indicandum obsequium ambobus, socialiter viuentibus & una iubentibus, exhibitum. Declarat ea, etiam circumactō duodecimo aetatis Christi anno, societatem ambos coluisse, eamque, per supra dicta, continuam.

§. XX.

Vt vel ea, quae minimo praesidio causae nostrae sunt, adducamus; sicco pede non praetereundum est, verba Matth. I, 18. assertioni nostrae, de Mariae Josephi coniuge, neutiquam esse contraria: εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα - - πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτὰς, Inuenta est Maria grauida, seu, grauiditas eius 1) adhibita, post angeli praedictionem, attentione, institutoque examine 2) ex signis satis probabilibus 3) praeter opinionem Josephi, innotuit, priusquam Josephus & Maria ad nuptiarum sollemnia conuenirent, quibus nempe die desponsationis certus dies ita statui solebat, vt domum ductio iiscum esset coniuncta §. XVI, & III. (a) seu ANTEQVAM die nuptiarum in continuam vitae societatem coirent, domiciliique coniunctionem facerent. a) Atqui largimur quidem, hac phrasi πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτὰς, societatem connubialem in antegresso tempore potissimum negari, vt-pote quod ad institutum faciebat, & in quo difficultas esse videri poterat; video tamen, in sequenti tempore eam contractam esse, ista dictione haud negari. Nam particula

cula

cula PRIUSQVAM terminum temporis interdum ita significat, ut illud, quod ante illum temporis terminum remouetur, postea factum fuisse, concedatur. Videamus Joh. VIII, 58. *πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμι*, antequam Abrahamus existeret, provti deinde vere existit, ego sum. Psalm LXXX, 2. *בטרם הרים ילדו ותחולל ארץ וטבל ומעולם עד עולם ארת אלה* PRIUSQVAM montes nascebantur, re vera deinde nati, seu existentiae initium nacti, & *formata terra est, & orbis habitatus: ab aeterno in aeternum tu, Deus!* Reddunt haec *ὁ ὁ: ΠΡΟ Τῆ ὀρη γενηθῆναι, καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν &c.* Psalm CXVIII, 67. *אנכי שגג אענה ארתי* PRIUSQVAM antequam humiliabar ego, utique deinceps humiliatus, *errans fui*; ex versione τῶν LXX, ΠΡΟ Τῆ με ταπεινωθῆναι. Coniungatur licet particula *πρὶν ἢ* saepe cum re, quae deinde non euenit: fieret tamen huiusmodi applicatio h. l. per male tornatam a *particulari* ad vniuersale argutationem. *Hypothetice*, cetera si paria fuerint, ceu partim iam ostensum est, iuuari aliquantum sententia nostra inde potest.

- a) Quamuis utraque notio tam conuentus ad societatem, quam conuentus, qui propagandae sobolis gratia fit, voce *συνελθεῖν* designari soleat; utramque etiam h. l. coniungi posse, haud inficier: priorem tamen in §. praetuli; (1) ob latiore vocis significationem, ad quemuis conuentum relatum, *magisque*, si rem accurata aestimatione metimur, & saepius ad consociationem vitae, quam cohabitationem *maritalem*, propendentem; (2) propter vocabuli *μνησευθείσης* praegressionem, cuius APPOSITIONEM EPEXEGETICAM verba *πρὶν ἢ συνελθεῖν* esse, apparet tam α) ex omissione coniunctionis copulatiuae KAI, post nomen *Ἰωσήφ*, quam β) ex habitu orationis & immediata propositionum sequela. Tam aequos esse nos oportet, ut, si quis indigitat, verba sua *explanatiue* intelligenda esse, non alium sensum, quam *explanatum*, iis addamus. Largiendum igitur est, *epexege- sin* heic haberi.

Quod, si ita est; si vocis *μνησευθείσης* significatus clarius *determinandus* per sequentes voces est: nemo non perspicit, *determinantius & congruentius* dici: *Maria Josepho DESPONSATA quum esset, HOC*

D 3

EST,

EST, quum nihil amplius, quam desponsatio facta esset, seu, antequam ritu solemniori & indissolubili coniugii vinculo cum eo copularetur, quam, si dixeris: *Maria Josepho desponsata*, HOC EST, prius quam thalamos ambo tentassent. Nam desponsatio & nuptiae sibi magis respondent; quam desponsatio & prolis progenerandae opera. Illam enim, vel absente hac, complementum suum per nuptias nancisci posse; nec hanc, ita pertinere ad coniugium, ut saluum, sine ea, esse nequeat, dant omnes. E contrario negatio nuptiarum negationem liciti concubitus includit, & Mariae statum sufficientissime exprimit; id quod expexegesos scopus fuit.

Haec fuerunt in causis, ob quas verba: *μνηστεύειν --- Μαρίας τῷ Ἰωσήφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτὰς, ἐπέθῃ* &c. hoc sensu admittenda esse ratus sum: *Desponsata Maria Josepho*, ac, ne quis putet, haec ita a me, Matthaeo, dici, quasi desponsatio quidem facta, sed non sola praecise facta, verum nuptiis expleta tunc, fuisset, hoc addam: *antequam hi ambo CONIUGIVM INIRENT*, ac per consequens, *antequam actus maritalis ambobus liciti exsisterent* & *antequam his*, Deo cupientibus, *exercerentur*: inuenta est grauida &c.

SECTIO IIII.

RATIONES DE IESU, ADORANDO SERVATORE NOSTRO, RELATAE, TRES.

EPITOME RATIONVM.

- (N) *Ex absentia accusationis, quod IESVS nothus sit* §. XXI-XXV. argumentando apogogice: *Si Maria NON exstitit uxor Josephi: Iudaei Jesu exprobrarunt, quod nothus esset. Sed falsum est posteriorius, ergo & prius. Probatur*
- a) *Consequentia* huius argumenti, seu, Iudaeos haudquaquam omissuros fuisse, impuritatem ortus eius clamare, & hac exaggerata labe, existimationi eius detrahere. §. XXII. XXIII.
- a) *generatim*, quia extra coniugium procreatus habetur Iudaeis pro notho.
- b) *speciatim*,
- aa) quia Iudaei *nouissent*, Jesum non e toro legitimo prodiisse. Nam

I. tam-

1. tamquam *coaeui*, scire hoc poterant.
2. attendere solebant ad sortem quorumque nascentium.
3. quia haec res eiusmodi est, quae *occuli prorsus non potuisset iis*, quorum in medio contigit.

bb) quia nullae caussae Judaeis fuissent, cur intermitterent illam exprobrationem.

cc) quia iis caussae fuissent, cur eam facerent, tanquam

1. iuratis Christi hostibus.
2. nascendi conditioni plurimum dantibus.
3. ex hac exprobratione multum lucraturis.
4. vel leuiora ipsi vitio vertentibus. XXIII.

β) Falitas *prioris*, seu *absentia accusationis ipsa*, colligitur e SILENTIO *scripturae sacrae*, dum cogitamus:

a) dicterium illud frequentissimum futurum fuisse. §. XXIIII.

b) scriptores sacros singulari diligentia & fide conuitia, quibus IESVS proficissus est, reliqua, enarrare. §. XXV.

c) vtilitatem e commemoratione huius dicterii in lectores redundare potuisse.

(2.) Ex eo, quod Luc. III, 23. claris verbis dicitur: *Ἰησοῦς ἐνομιζέτο υἱὸς τῆς Ἰωσήφ. Jesus reputabatur FILIVS JOSEPHI.* §. XXVI.

(1.) Exinde quod Judaei *interrogando*, h.e., rem, quam pro indubia habebant, *fortissime adfirmando*, Jesum *Josephi filium esse*, perhibent, Matth XIII, 55. Luc. III, 22. Joan. VI, 42. Cap. I, 46. §. XXVII.

§. XXI.

Progrediamur, age! ad *decimum tertium* argumentum. Si *Maria NON exstitisset MARITA Josephi*: Judaei, aequales illius temporis, quo CHRISTVS in terris praesens fuit, diuinam Christi naturam negantes, obseruantes nascentium quorumque sortem, *Christo exprobrassent, quod extra torum legitimum procreatus esset.* Jam falsum est posterius, ergo & prius. Itaque a) *Maria atque Josephus solemnibus nuptiarum ritibus consociati fuerunt.*

a) *Falsa*

- a) *Falsa contradictoriarum una, necessario vera est altera, per Logicam. Maria Josephi uxor fuit, & haec: Maria Josephi uxor non fuit, sunt propositiones contradictoriae. Simul atque igitur demonstrauero, posteriorem esse falsam, prior vera erit; quia contradictoriarum ambae nec possunt esse simul esse VERAE, nec simul FALSAE, (per Logicam)*

§. XXII.

Consequentia huius argumenti satis firma euadit sequenti argumentatione: Si nulla causae Iudaeis exstiterunt, quibus ad reticendam ortus Jesu ignobilitatem, modo ea ipsis comperta fuisset, adigerentur; causae ipsis potius fuerunt, cur eam propalarent; ii vero nihilominus de hoc vitio silent: silentii causa est, de FALSITATE rei persuasio, & quod inde elucescit, de legitimo Josephi atque Mariae CONNUBIO certa persuasio. Praemissae primae veritas clara est, tum I.) ex eo, quod Iudaeis, tamquam coaeuis, occasio atque facultas fuit, explorandi, an Jesus eo tempore susceptus sit, quo iustum matrimonium Josepho cum Maria nondum intercessit; tum II.) ex eo, quod partim ingenium ad familiarum augmenta ἀπιέσονται attentum, partim magna Christi fama, per angelos, pastoribus conspectos, per magos, & per infanticidium Herodianum excitata, & insignis Christi auctoritas auidos eos fecissent, ad rationes natalium Christi industrie & pertinaci indagine expiscandas. Maxima enim mortalium pars ita natura comparata est, ut, quos admiratur, & quos odio prosequitur, quorum magna fama vel infamia est, eorum omnia maxima minima cognoscere cupiat, & in primis ortus eorum conditionem sedulo scrutetur. Tum III.) ex eo, quod silentium iis a nemine imperatum esse, grauiora dictoria, (ut alias rationes taceam,) quibus in eum liberius inuecti sunt, docent. Alterius praemissae veritas stabilitur tum I) hostili atque acerbissimo odio, quo in eum flagrabant, quem

quem

quem se sapientiore, innocentiore, potentiore ac gratiosiore videbant. Quod quidem, nemo nescit, eius indolis esse, ut quaeuis sciscitetur, conquirat, ac proferat, quae ad incommodum inuisi facere possunt. Tum 2) *ex maxima inter Judaeos natalium aestimatione*, §. V. Siquidem nullus unquam populus imaginum pompae ita adfuetus, ac tam vanus fuit in captanda, ex nobili nascendi conditione, gloria, & in contemnendis deprimendisque sordidior loco natis a), quam Judaicus; observaturus scilicet illud sancitum Deut. XXIII, 2: *Spurius ne venito in congregationem Jehovae, etiam decima generatio eius*. Tum 3) *ex emolumento per illud, inquinatum natalium Jesu, crimen sibi accessuro*; quippe apud populum, quem penes natiuitatis ratio mirum quantum valebat, auctoritatem IESU debilitassent, doctrinarumque efficacissimarum pondus ac pretium minuissent, dictitando: *peffimis auspiciis, ex taberna Viatiana, impuro semine hic hic natus est, Deo ingratus, homo nullius frugis*. Perpendenti mihi, quid ambitio, quid utilitas possit, nullum est dubium, Phariseos magni spem praemii ei proposituros fuisse, qui cognatos Christi & alios callide ita percontaretur, ut nuntium de simulato tantum Mariae atque coniugii vinculo, vel saltem responsionem, quae suspicioni de illegitima Christi origine faueret, referre posset.

a) Propterea etiamnum *Rabbanitis* prohibitum est, nuptias, vel adfinitatem contrahere cum *Karraitis*, כִּי כֹלֵם הֵם מְמוֹרִים, quod omnes hi *pro spuris* habentur. JO. BVXTORF in *Synagoga Judaica* pag. 625.

§. XXIII.

Ac ne quis forte existimet, Judaeos impuritatem natalium *per obliuionem* numquam notasse, pensitemus, an
E quid-

quidquam, vel pastoris Vmbri titiliuitio leuius, eorum memoriam effugerit? &, ad acuendam argumentorum vim, §. XXII. allatorum, *a minori ad maius argutemur*. Vitae CHRISTI historia paullo liberalius imbutus nouerit, eos vel minima quaeque, vitii vel leuissimam speciem habentia, in eo vellicasse; non solum pro se quemque meditatam esse criminationes in ipsum euomendas, verum etiam integram verporum cohortem, compositis consiliis, excogitare studuisse, quae nomen eius obscurarent; Phariseos, inani virtutis opinione inflatos, legatos subornasse, qui eum in longissimis itineribus comitarentur, studiosissimi, vt verbum ex ore eius aucuparentur, quod in accusationis nomen peruerti posset. Atque vero maximum, quod inueniri poterat, opprobrium contra natales eius, hocce fuit: *Nonne hic est FILIVS FABRI? vnus ex filiis terrae, ex infima prope faece plebis a), non γραμματεὺς Joh. VII, 15, contemptim ergo habendus? Matth. XIII, 55. NAZARENVS est, & quicumque Nazarenus est, ille non est bonus vir Jo. I, 47. GALILAEVS est; sed qui Galilaeus est, in eo est nihil boni Jo. VII, 52. 41. Immo, quum Christum ipsum reprehendere non possent, lapsus discipulorum eius, si modo lapsus fuerunt, ipsi imputarunt. *Ecce, discipuli tui faciunt, quae non licet facere die sabbathi* Matth. XII, 2. Nonne autem inferorum princeps, qua est versutia & odio in IESVM, per crimen *spurcissimi ortus* ei tragulam intentasset, & laborasset, Jacob. III, 6. vt iidem calumniatores ac censores, qui dolum in ore eius *quaerebant* 1. Pet. II, 22, qui vel quavis pluma leuiores carpere solebant, sugillarent *foeditatem procreationis* eius, si foeditatis vlla suspicio tueri sese potuisset. Nonne vnus saltem Phariseorum, sanctitatis laudem captantum, vel Sadducaeorum inuestigando detexisset, minus hone-*

hone-

honesto loco natum eum esse? seu Mariam nullo in coniugio viuere, nec vixisse vnquam cum Iosepho. Et certe, vnicus si hoc nouisset, si, propitia vel specie veritatis, id suspicari potuisset, libentissime, vt solent liuidi, suspicati id essent omnes; minime id tacituri fuissent, sed vicatim quasi celebrassent, & in circulis inimicissimus animus linguae id suggessisset crebrioribus sermonibus vsurpandum. *Compertissima* futura fuisset statim haec Jesu macula, & quotiescumque impari Marte cum ipso digladiabantur, toties hoc vituperio, praeclaris scilicet argutiis, ei increpuissent, vt desperatis rebus confulerent: *vti sordes origine, sic desipis ratione. Tuum est, abiecte spuri! silere; nobis viris amplissimis concedere.* Tu quidem sis MESSIAS, qui iure tori non es susceptus! ne civili quidem gaudens existimatione integra. Accede mecum, beneuole lector! ad mirabilem illum actum disputatorium, qui, Jo. VIII. descriptus, legitur. Ecquae audimus argumenta? sed *audimus dico? quae, inquam, videmus?* In fine, qui opus coronat, v. 58, 59. grauissima argumenta admouent; *lapides nempe iis pro argumentis sunt*, quibus victorem iam cooperturi, & ita quidem ad angustias reducturi erant. Quanta ira! quam immanis rabies! An, obsecro, beneuolentiae causa erga Mariam eiusque fautores, an ob memoriae lapsum reticuisissent illegitimam Christi procreationem? Dum dicunt v. 41. *ἡμεῖς ἐκ πορνείας ἔγεννημεθα*, NOS EX SCORTATIONE NON GENERATI SUMVS, minime dubito equidem, adiecissent: *TV ex scortatione natus es*, nisi Iesus, ex coniugio Iosephi ac Mariae legitime prodiisse, visus esset, ac proinde Iosephus ac Maria coniugio vere coniuncti vixissent. Idem scomma ei obiecissent, dicenti Jo. X, 30. *Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ ἐν ἐσμεν.* *Ego & pater vnum* (qua essentiam) *sumus*, (distincti, qua

personas) Cap. VI, 41. *Εγώ εἰμι ὁ ἀγρὸς, ὁ καταβὰς ἐκ τῆ βρανε,*
ego sum panis ille, descendens e CAELO.

a) Probro quidem nemini fuit inter Judaeos, artem manuariam vel opificium exercere; (Judaei enim fere omnes filios, praeter alia studia, negotiis mechanicis adhaerere, ad eos a furto detinendos, iuxta notum illud axioma: כל שאינו מלמד את בנו אומנות כאילו מלמדו ליסטנות Talm. Tract. KIDDUSCH. Cap. I. ap. Buxtorf. in voce אומנות Marc. VI, 3. Act. XVIII, 3. conf. GEORG. HENR. LEHMANN *Teutsche Uebersetzung der פירקי אבות* Leipz. 1680. pag. 59. not. h): sed taxare h. l. videntur, partim quod res Josephi ignobilior quibusdam aliis artibus fuit, partim quod Josephus, praeter opificium, non litterarum peritia praestitit, sed illo vnice victitavit *εργω*, seu, quod non opulentioris ciuis, ac ditioris v. c. scripturarii vel Archipontificis filius esset; vt, plebeia quasi, doctrina Jesu apud vulgus vilesceret.

§. XXIII.

Sequi id, quod volumus ex propositione §. XXI. in medium prolata, si modo vera sit, probavimus; Restat, vt, eam ipsam veram esse, nunc ostendamus: nempe servatori NUMQUAM EXPROBRATUM ESSE, quod foedae libidini cuidam ortum debeat & a scorto editus sit. Apparere hoc arbitramur N) ex eo quod Jesus in templo docuit, quod spurio non licebat, a); B) e silentio scripturae sacrae. Negari quidem non potest, argumento illi: non lego, ergo non fuit, absolute spectato exilem vim esse, quum multa in scripturis silentio praetereantur, facta tamen re vera, satisque indubia; verum considerandae sunt rationes, quae illud excitant & vi quadam ita animant, vt veritati eius rei, quae filetur, derogare fidem, quam habere, vtique fatius sit.

a) Deut. XXIII, 2. Immo vero ne in scholis quidem Hierosolymitanis, inter reliquos discipulos considerare, spurio integrum fuit. *Tract. Avotb. R. Nathan. fol. 5. col. 1.*

§. XXV.

§. XXV.

Primum α) quidem habendum est, hoc conuitium: *spurius es*, si vibrari in IESVM potuisset, *usurpatissimum omnium fuisse iis futurum*, §. XXII. XXIII. v. qui, arroderere famam eius, suarum partium putabant esse, & qui acerbe dictis, plenis nigri falis, mordacium instar Cynicorum, quotidie eum inuadebant, dirisque deuouebant. *Deinde* β) cogitandum est, *auctores sacros IN PRIMIS operosos esse in referendis reliquis conuitiis*, quibus optimus salutis nostrae reparator proscissus est. Fideliter edicunt, quaecumque in eo requisierint Judaei; nempe: legem Mosaicam eum abrogare, nouamque doctrinam, noua sacra introducere, gentes etiam ad populum Dei referre, atque se ipsum Deum facere. Enarrant vero praeter haec, criminationes & *maledicta*, quibus eum verberarunt, tam *grauiora*, quam *leniora* hoc ipso, *quod furtiuus amoribus prognatus esset*. Non reticent, eum *blasphemias* esse inculatum Matth. VIII, 3. C. XXVI, 65. Marc. I, 7. Non celant, Phariseos iterum iterumque docuisse, eum *per principem daemoniorum daemone ex obsessis eiicere* Matth. VIII, 34. C. XII, 24. Luc. XI, 15, *a diabolo regi* Jo. VII. 20. C. VIII, 48. 52. C. X, 20. *Sabbathum violasse* Matth. VII, 14. Non dissimulant, taxatum esse, quod *filius τέκτονος* esset Matth. XIII, 55. nec filius magnifici & grandiloqui cuiusdam membri Synedrii magni §. XXIII. α) quod esset in Galilaea educatus Jo. I, 47. Luc. XXIII, 12.; quod *discipuli eius die sabbathi spicas comederent* Matth. XII, 2, quod *illoti cibarent* C. XV, 2. Fatentur, *derisisse eum* C. VIII, 24, *conspuisse, depalmasse, pugnis etiam caecidisse* Matth. XXVI, 67. *pro falso doctore habuisse* Jo. VII, 12. *seductorem & impostorem vocasse* Matth. XXVII, 63. Recensent sincere, *quid homici-*

dae, cruci suffixi, eius in illusionem pronuntiauerint, quae
 praepiudicia, de terreno regno Messiae, hominibus sederint
 Matth. VIII, 19. C. XX, 21, qui de persona Christi errores?
 Matth. XVI, 14. C. XVII, 10. (conf. §. XXIII.) Quidnam
 igitur causae subesset, ut hoc vnicum dicterium, *Jesum
 notum esse*, silentio opprefferint & Matthaeus & Mar-
 cus & Lucas & Johannes? quum reliqua tam multa se-
 dulo attingant; & candide perscribant, quaenam cur-
 sui euangelii impedimenta obfuerint. Ii enim, qui ar-
 gumentum negatiuum, uti vocatur, alias reiiciunt, ha-
 bent causas in promptu, cur reiiciant; quarum haec nul-
 las habes. Certe de laude sinceritatis testium sacrorum
 non parum detraheretur, si vel hoc unum, quod saepe
 nominauimus, momentum diffiteri voluissent. Libe-
 rari reprehensione haud possent, si ignorare nos passi es-
 sent, quod, non ignorari a nobis, magis deceret. Quum
 illud crimen praeterea γ) *commemoratione non indignum*,
 sed satis graue fuisset, mirandum & reprehendendum iu-
 re esset, quod ne vnus quidem quatuor Euangelistarum cre-
 berrimam hanc contumeliam, tam praesentis ei, quam ab-
 senti intortam, commemorarit. Si enim commemorassent
 hoc dicterium, admodum 1.) illustris inde fieret caecitas ac
 prauitas mentis humanae, praeae ad destituendas, negan-
 das, immo oppugnandas certarum certissimas veritates
 diuinas; 2.) miraculum vero immaculatae Christi conce-
 ptionis eo augustius splenderet, quo magis sibi relictum,
 refractarium, hominum ingenium, id obscurare, annisum
 fuisset. Itemque 3.) in solatium nostrum, eorum in primis,
 quibus humilis vel indigna nascendi fors exprobratur,
 cedere potuisset huius obtrectationis & conuitii, in Jesum
 profusi, commemoratio. Constare hinc, opinor, potest,
 sanctissimo felicitatis nostrae vindici *numquam exprobra-*

tum esse, quod extra coniugium procreatus sit; HINC nec licuisse fidelius vitae Christi scriptoribus, de hac exprobratione memoriae quidquam prodere. Sicula seges propositionum arcessi posset, quarum veritas omissione testificationis in scriptis sacris nititur. Attulisse autem vnum sufficiat, quod, ad alia in memoriam reuocanda, ducis instar erit peritioribus. Cur dicimus, prodigiorum Christi veritatem externam a Judaeis numquam oppugnatam vel negatam esse? Nonne propter singulorum eorum silentium, quorum monumenta *principium* nobis cognoscendae historiae de Jesu sunt.

Quas IOANNES A LENT in יהודים אחרונים *de moderna Theologia Judaica* (Herbornae 1694.) p. 126. & IO. ANDR. EISENMENGERVS in *dem entdeckten Judenthum* P. I, c. 2 p. 108. seq. adducunt, criminationes verporum, contra venerandam originem Jesu, recentiore aetate utique sapiunt, ceu illi viri ipsi prodiderunt, nec ulli obscurum esse potest, perpendenti, quando famosi Jud. libelli compilati sint. Habes quidem vestigium huius criminis, quod *Jesus notus sit*, in nequissimo ac perditissimo libro, contra IESVM nostrum, summa pietate exosculandum, & sanctissimo cultu venerandum, conscripto, TOLDOT JESCHV p. m. 5. ויען אחד מהם ויאמר בוראי הוא *Et respondit vnus illorum: ADULTERINVS est, & mulieris, menstrua patientis filius.* (Itemque in ex ecrando manuscripto anonymi, quod *historiam suspensi* maledico ore nominare sustinuit) Pag. II. narratur IOSEPHO PANDERAE, circa medium noctis, exarsisse *κακὸν πόθος*, ita vt Mariam adierit, ac gravidavit. Jesum esse filium סדר Stadae, adulterae, & בן הנדה ac ממזר.

RESPONDEMVS VERO:

(N) Ex eo, quod optimo Seruatori nostro illud accusationis monstrum, seriori aeuo, obiectum est, NON FLVIT, idem isto tempore, quo res publica Judaica ab eo praesente illustrabatur, ei oppositum FVISSE. Seruitutem temporum amplecteretur, qui ex iis, quae nunc fiunt, continuo colligeret, eadem etiam antea fieri potuisse, factaque esse. Exempli loco sit: Saeculo post C. N. XI mo GREGORIVS VII. infallibilitatem seu impossibilitatem errandi, in rebus

rebus fidei determinandis sibi vindicavit; an propterea dixeris, etiam antegressis episcopis Romanis v. c. Saec. II. VICTORI I. *Montani-stae*; Saec. III. LIBERIO, *Arriano*; Saec. V, ZOSIMO cet. eandem ostentatam esse? Judaei, quos nostra videt aetas, negant, quod IESVS, quem colimus, *ex gente DAVIDICA fuerit oriundus*. Si ex hoc tam sero opprobrio liceret, sensa Judaeorum, IESV aequalium, metiri; idem de iis dicendum foret; sed reclamante veritate. Quantumvis laborarint, nigros sales CHRISTO adspargere: nunquam tamen hoc nomine, *quod non e stirpe ea esset, cui filium diuinarum promissionum ortum Messiae pridem alligauerat*, eum traduxerunt. Vide Matth. XIII, 55, coll. C. I, 1-17. Luc. II, 4. coll. C. III, 22. Jo. VI, 42. Tunc temporis *tabulae familiarum* indubiae fidei erant, breui post penitus amissae.

(2.) Valde TITVBANT *hi mentientes, & passibus tam ambiguis errat narratio* eorum, vt clareat, recentiori demum aeuo ad vana haec *καταφύετα* prolapsos esse recutitos, quos zelus exagitauit & iniudiae lancinarunt stimuli. *Miscent ac peruertunt mirabiliter, quae magis CONCORDARENT, si non sequioribus temporibus efficta essent*, ad gloriam supernaturalis ortus Jesu, minime occulti, eneruandam. Quantum ad *prius*, non desunt vel inter ipsos Judaeos *ἀποκατακρίτες*, qui nostro IESV impuras origines objici posse, negant, contenduntque, opprobria in Talmude contra *ישו* obuia, *in alium quendam Jesum* valere. Verba R. Jechielis citat Jo. a LENT in lib. cit. *De posteriori*: vocant quidem IESVM *filium STADAE*, conf. *Schabbat* cap. XII. fol. 104. b. *Sanbedr.* cap. VII. fol. 6 7. a. Sed tam parum sibi constant, vt STADAM modo *virum*, modo *feminam*; modo *supratorem*, modo *stupratam* esse, dictitent. Nunc JOCHANAN & STADA iis eadem persona est, nunc MIRIAM & STADA, nunc MIRIAM STADAE, & MIRIAM. Sic habet, pestilentissimus liber *תולדות ישו* pag. 3. seq. *Ain' tu (Jesum) STADAE filium esse? Vtique PANDERAE filius fuit (Iosephi cognominatio). Ut ait Raf Chasda, marito legitimo STADAE nomen erat, sed stupratori nomen PANDERA.* Sed, quid diutius hanc camarinam moueamus?

(3.) Refert virulentissimi scripti auctor *alia plurima*, quae tamen, *α)* *tempore Christi numquam facta esse*, certo scimus. v. c. Jesum, (exoptatissimum felicitatis nostrae adfertorem) ALEX. JANNAEO regnante, natum esse, antequam cruci adfixus esset, *lapidatum esse*, quod tamen, tamquam falsissimum, imperante Tiberio, nemo serio narrare de Christo potuit. Itemque, *פנדירה Pandiram vel Pantheram h. e. Iosephum*, nuntiant, fuisse ganeonem quen-

quendam, virum nequam, nullius frugis, qui maximam aetatis partem in adulteriis, sceleribus, rapinis item & violentia exegerit. Sed emotae mentis signum daret, qui ex hoc ferotino nuntio conjiceret, etiam temporibus Christi JOSEPHO, quem Matthaeus θεόπνευστος δικαίον vocat, haec crimina obiecta, horumque eum reum fuisse. Praeterea β) *ineptissimae fabulae*, in stygio hoc foetu exclusae, cum horrore conspiciuntur; quo pertinet v. c. illa Neo-Platonica, de miraculis per nomen ἀνεκφάνητον, membranae inscriptum, a Christo patratum. Sicuti igitur ex eo, quod ista supra dicta *nuntiantur*, existimare non licet, ea re vera olim gesta ita esse; sic ex nugis huius horrendi libri non suspicandum est: Christo re vera olim, *quod esset spurium*, exprobratum esse; praesertim quum nulla consensus in iis sit, quae proferuntur, nulla constantia in referendo; quae certe maior esset, si temporibus Christi jam suspicio quaedam ortum ejus honestissimum in dubium vocasset.

Non maioris pretii haec Rabbinica videntur, quam quo ea esse, quae NICEPHORVS CALISTI Histor. Eccles. Lib. XVIII. Cap. XXXIII. fol. m. 1142. habet, viri docti dudum iudicarunt.

§. XXVI.

Argumentum *decimum quartum* consistit in eo, quod Luc. III, 23. disertissime memoratur: *Jesum AESTIMATVM esse pro FILIO IOSEPHI, & quidem honesto, seu tali, quales viri sequentes*, Ἡλι, Ματθαῖος, Λεωὶ &c., legitimi parentum suorum liberi, fuerunt. Metiri ex his verbis, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ a), quia *latissime patent*, totius multitudinis de Christi ortu opinionem, licet. Vbi autem *filius honeste genitus* creditur, ibi creditur *antecedens honestum matrimonium*. Ergo Josephus & Maria matrimonii foedere colligati fuerunt.

a) Non solum verba, ὡς ἐνομίζετο, verum etiam, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ, parenthetica esse, apertum est ex consideratione *nominum sequentium*: Ἡλι &c. Recensetur enim genealogia Mariae in linea, ut loquuntur, ascendenti. Vid. IO. A. SCHMIDII *diff. de Apostolis Vxoratis*, Helmst. 1704.

pag 38 Ἰησοῦς ὁν Ἡλι significat: Jesus, patre humano carens, AVVM ha-
 buit *Heli*, qui & *Eliakim* & *Joachim* dici solet, qui erat filius *Matbat*, cet.

§. XXVII.

Decimum quintum argumentum efficiant loca, in quibus Jesus *expresse filius Josephi nominatur*. Dicit Philippus ad Nathanaelem, Jo. I. 46 --- εὐρήκαμεν, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τῆ Ἰωσήφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ. --- *inuenimus, Jesum FILIVM JOSEPHI*, Nazarethanum illum. Vulgaris igitur sententia fuit, eum Josephi esse filium. Quid? quod Judaei, animi commotionibus feruidi, ac propterea proni ad enarrandum, quidquid Jesu ignominiosum esset, non dicunt: *nonne hic est spurius, is, cuius pater nomen suum, profiteri ob turpitudinem rei, nondum voluit*, sed in haec erumpunt Matth. XIII, 55: ἔχ ἕτός ἐστιν ὁ τῆ τέκτονος υἱός; ἔχ ἡ μήτηρ αὐτῆ λέγεται Μαριάμ, *Nonne hic est FILIVS ARTIFICIS seu fabri (ὁ, vnicus) nonne matri eius nomen est Mariae?* Reliqui viri, qui vitae Christi curriculum enarrant, eadem diligenter annotarunt. Luc. IV, 22. ἔχ ἕτός ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσήφ Jo. VI, 42. ἔχ ἕτός ἐστιν Ἰησοῦς, ὁ υἱὸς Ἰωσήφ, ἃ ἡμεῖς οἶδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; *Nonne hic est FILIVS JOSEPHI, cuius nos nouimus patrem ac matrem?* Prouocant interrogantes, ad communem omnium conscientiam & consensum, *Jesum Josephi filium esse*. Quid hinc manifestius, quam Mariam cum Josepho *in connubio* vixisse? e quo illa vulgaris, & exceptione maior visa, opinio oriri potuit. §. XI. b.) p. 21. §. XXII.

- a) Marc. VI, 3. verba ita se habent: ἔχ ἕτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας; Vel propter Josephum *mortuum*, vel propter eum *absentem*, & Mariam *praesentem*, (cuius potiore rationem habuerunt,) Josephi, mentio iniicitur nulla.

CAPVT

CAPVT II.
DE
TEMPORE, QVO JOSEPHVS AC MARIA
CONNVBIVM INIERVNT.

E L E N C H V S.

Praeuio monito,

THETICE opinio nostra

κα) proponitur §. XXVIII: connubium Iosepho-Marianum initum esse

α) gener. ANTE NATALES IESV.

β) spec. TERTIO fere MENSE post conceptionem Iesu, die in sponsalibus praestituto; antequam Maria ad Elisabetham proficisceretur.

ββ) probatur

κ) membrum coniecturae primum,

1) e phrasi (Ἰωσήφ) ἐκ ἐγένεσκεν αὐτὴν (Μαρίαν) Matth. I, 25. §. XXX.

2) * e mentione τῆ οἴκου domus Luc. I, 56. quam Maria ante natiuitatem filii sui habuit, & quae reditum Mariae postulauerit. §. XXXI.

ξ) membrum secundum

1) E phrasi ἐγγέθη ἐν γαστρὶ ἕχουσα Matth. I, 18. collata hac: διαγεροθεῖς παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτῆς Cap. I, 24. h. e. quia nuptiae primam GRAVIDITATIS OBSERVATIONEM statim insecutae sunt; prima autem illius criteria mense tertio exhiberi solent a conceptione. --- §. XXXII.

2) Quia occupatio crinationum & offendiculi requisit, ne tempus gestationis uterinae multum distaret a CONSVETA eius mensura. §. XXXIII.

3) Communiter num. 1): quia Iosepho visio tertio m. inde a conc. Iesu contigit §. XXXIIII.

ANTITHETICE, diluuntur obiectiones, quae desumi possent:

1. Ex abundanta temporis quadam, vel quia partus praematurus fuit §. XXXV.

2. E verbis Luc. II, 5. ἀνέβη -- σὺν Μαρίας τῇ μεμνηστυμένη αὐτῷ γυναικί. §. XXXVI-XXXXI.

3. E vaticinio Iesaiano Cap. VII, 13-17 הנה העלסה ecce VIRGO. cet. §. XXXXII.

§. XXVIII.

Diem, quo Maria nupserit Iosepho, haud facile quisquam certo determinauerit, quum, e re populi Christi-

F 2

ani

ani fore, sapientia diuina praeuiderit, vt, quemadmodum nullius mortalium dies nuptialis in sacris litteris definitur, a) ita etiam de die, quo Maria a Iosepho ducta est, accurata et apta testimonia exstarent nulla. Neque vero quispiam ex eo, quod *notitia diei gamici* hominum curiositati ac superstitioni subtracta est, de *veritate* coniugii Iosephi ac Mariae ipsa male ominabitur, nisi is fere sit, qui ipsam natiuitatem Domini nostri, Iesu Christi, propterea quod lux, qua contigit, certo exputari nequit, & innumeros alios euentus, satis indubios, propter nondum inuestigatum diem, negare audeat. *Generatim* quidem vt tempus, laetitiis nuptialibus piorum hominum datum, hariolando adsequi liceat, et veritas coniugii, de quo loquimur, per illud non ignoratum tempus, eo speciosior reddatur; faciunt vestigia quaedam in sacris litteris, hac de causa relictas, sed probe indaganda. Quibus collectis atque expensis, haud potui a me impetrare, vt, *ante conceptionem Christi* contractum esse matrimonium, rerer, sed opinari coepi, Mariam Iosepho matrimonii foedere iunctam esse *post conceptionem Iesu in utero Mariae*, ANTE NATALEM IESU, seu, vt clarius edisseram, *ante abitum Mariae ad Elisabetham*, statim *post obseruationem grauiditatis miraculosae*, id est, TERTIO fere MENSE *inde a CONCEPTIONE CHRISTI iam facta*, et quidem *eo ipso tempore, quod in desponsatione nuptiis constitutum ac destinatum fuerat*; hoc enim tempus apparitio Gabrielis, Mariae facta, aliquot menses, & visio Iosephi, proxime, praecessisse videtur. Huic tamen persuasioni, non tam mei amans sum, vt plus quam decet, deferam, eique pertinacius insistendum esse, autumem. Satis equidem amplum fructum cepisse me existimabo, si errores mei alios, me oculatiores, vt veritatem in apertum proferant, adduxerint.

a) Jo-

a) Joan. II, 1. legimus quidem: καὶ τῆς ἡμέρας τῆς τρίτης γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας. Hoc ipso die, quo nempe cum Nathanaele sermones miscuerat Jesus, tertio (postquam legati Judaeorum ad Joannem venerant per C. I. 19-28. collata voce ἐπαύριον, ter obvia com. 29 35. 43.) factae sunt nuptiae (conuiviumque nuptiale) in Cana Galilaeae. Verum 1) *neonymphorum nomen reticetur*. 2) *amplior est nota in vocibus τῆς ἡμέρας τῆς τρίτης*, quam ut lucis Zygiae tempus usquequaque determinet.

§. XXVIII.

Duplici labore opus est: *primum*, ut, ANTE CHRISTI NATIVITATEM Mariam cum Josepho matrimonii vinculo connexam fuisse, generatim demonstramus; *deinde*, ut TRES fere MENSES *post conceptionem* Christi illam connexionem factam esse, speciatim dilucidemus.

§. XXX.

Prius momentum euincit phrasis Matth. I, 25. Καὶ Ἰωσήφ ἐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως ἧς κ. τ. λ. Sed Josephus NON COGNOVIT EAM, h. e. rem non habuit cum ea usque dum peperit. Aut haec verba frustra posita sunt (§. X.), aut declarant: Josepho etiam ANTEQUAM Jesus nasceretur, *veniam seu ius fuisse, liberos ex Maria quaerendi*, siquidem tempus ante natiuitatem Christi spectant. Si etiam ante natiuitatem Jesu, consuescere cum Maria, licuit Josepho: *ante natiuitatem Christi coniugium iis iam fuerit initum*, necesse est. Quemadmodum ex verbis I. Reg. I, 4: *וַיִּשְׁכַּב אִתָּהּ וְרֹאשׁוֹ לְבָרָה* & rex NON COGNOVIT eam (Abisach Sunemitem), colligunt interpretes, (ac merito quidem, propter I. Reg. II, 22,) *eam Davidis uxorem fuisse*: ita etiam his: Josephus NON COGNOVIT Mariam, fas est, subicere: *quam tamen cognoscere, ei integrum fuit, & conubium exinde legitimum suspicari*. §. X.

F 3

§. XXXI.

§. XXXI.

Si quis, verba Luc. I, 56: καὶ ὑπέσχεθη εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, nostram parum opitulari hypothesin (§. XXVIII.), contenderit: ferram quod moueam, non est. Quum ea tamen, illustrationis aliquantillum fundere, his illisue videri queant: dicam, quod res est. Transferri verba ista ita possent: *Maria reuertit AD FAMILIAM suam, ad Iosephum nempe, maritum suum, & quos is aluit forte, domesticos.* Nam praeterea quod §phus XXX fundamenti loco hic subternendus est: 1) vox οἶκος, quae α), proprie, *aedificium inhabitationi aptum* significat, β) per metonymiam, *personas* in domicilio habitantes cognatas, h. e. *familiam*, societatem domesticam, quae vt plurimum *maritum & maritam* complectitur, denotare solet, Luc. I, 27. C. II, 4. C. XI, 17. C. XVIII, 8. Act. X, 2. I. Cor. I, 16. I. Tim. III, 4. 2. Tit. I, 10. Ebr. XI, 7. 2) Non dicitur *generatim*: rediit *Nazaretham*, vel domum *parentum suorum*, ad *cognatos & agnatos*, sed εἰς οἶκον αὐτῆς, quae dictio *societati coniugali* seu familiae propriae oppido conuenit. Ex commemoratione igitur, non perperam facta, τὸ οἶκος Μαρίας, qua ante puerperium gauisa est, & cuius rationes reuersionem Mariae propolcerunt, dixerit quispiam, *consequi, eam iam ante puerperium Iosepho vinculis iugalibus adstrictam fuisse.*

a) Aequae usurpant *domum pro gente* tam LATINI, & GRAECI accuratissimi auctores, quam HEBRAEI I. Par. X, 6. coll. I. Sam. XXX, 6. Es. VII, 13, CHALDAEI, & alii orientis populi, quod, si opus esset, copiose demonstrare possemus. Syris v. c. in vfu fuisse, eadem voce, qua *aedes* expriment, *familiam* denotare, vide sis Marc. III, 25. coll.

Matth. XII, 25. בְּיָדֵינוּ לְקַיְיֵם אֶת כָּל הַבָּרָאָה

אֲשֶׁר בְּיָדֵינוּ לְקַיְיֵם אֶת כָּל הַבָּרָאָה E posteriori loco elucet, per *οἶκος*, in priori *familiam* innui, quam Syrus interpres per בְּיָדֵינוּ reddit, *domum*

οἶκον

εἶπον, תִּבְּ, quum tamen non minus commoda alia vocabula fuissent, v. c. יָדָּ? quod habes Luc. I, 50. Act. VIII, 33. C. XIII, 16. C. XV, 21. vel יָדָּ? vel etiam יָדָּ? seu יָדָּ?.

§. XXXII.

Argumentum *primum*, quod probat, *Mariam*, TERTIO mense, post conceptionem Christi, *Josephi coniugem factam fuisse*, desumitur ex Matth. I, com. 18. Μνησευθεισης της μητρος αυτης Μαρίας τῆς Ἰωσήφ, πριν ἢ συνελθεῖν αὐτες, εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, & iis, quae sequuntur. Patet hinc, partim, *deprehensam* esse Mariam gravidam, quum sola desponsatio facta esset a), seu, quod idem est, *quum se Josepbo nondum in matrimonium dedisset* §. XX; partim, STATIM POST ANIMADVERSAM GRAVIDITATEM *matrimonium ei cum Josepbo esse initum*. Nam orationis sacrae habitus testatur, ac rei rescitae indoles confirmat, Josepbum, simul ac certior de graviditate Maria factus erat, consilium de ea mittenda cepisse; v. 18. 19. Haec cogitanti autem siue mora suafisse alia angelum domini, v. 20; admonitum extemplo voluntati diuinae paruisse, id est, Mariam in connubium sibi adiunxisse v. 24. §. VII. VIII. IX. Jam, QUVM GRAVIDITATIS CRITERIA MENSE A CONCEPTIONE FOETVS TERTIO SE *prode-re soleant* b) *primum* (per exper.): *mensem circiter tertium Maria cum Josepbo nuptias peregit*.

- a) Pone contrariam sententiam; nempe *post initum coniugium Josepbo graviditatem Mariae innotuisse*: refragatur 1) VOX μνησευθεισης, pro qua dici debebat γαμηθεισης, Matth. I, 18. 2) additamentum πριν ἢ συνελθεῖν vi epexegetica praeditum §. XX. Schol. 3) quod *sinceritas et candor* Mariae flagitavit, ut non post celebratas nuptias demum, verum *ante eas ingenue aperiret* Josepbo, se ex Dei promissione gravidam euasuram esse, seu praesentiae foetus aliqua iam monumenta expertam esse; praesertim quum Josephus *δικαιος* existeret. 4) quod non tam facile dictu esset, cur Josephus maritus Mariae iurium tori

EXCE-

exercitium tam diu distulerit, donec indicia manifestarent, Mariam in utero ferre.

b) Unde Judaeis sancitum fuit: ut vidua 90 dies inde ab obitu mariti moraretur, antequam alii viro nuberet.

Neque vero est, quod, solito maturius, in Maria graviditatis criteria exferuisse se, statuamus. Nam 1) fieri qua licuit, *simillimus esse hominibus* voluit Christus Hebr. II, 14. ΠΑΡΑΠΛΗΣΙΩΣ μετέχε σαρκὸς καὶ αἱματός; eccur hac parte haud licuisset? 2) legimus Luc. II, 5: ἘΠΛΗΣΘΗΣΑΝ αἱ ἡμέραι τῆς τεκνῆς αὐτῆς (Mariam). IMPLETI sunt dies cet.

§. XXXIII.

Argumentum secundum est; quod tertius fere mensis, inde a conceptione sanctissimi foetus, tempus, ad ineundum coniugium, fuit OPPORTUNISSIMUM. Sapientiae diuinae duo maxime scopi obtinendi fuerunt, TVM, vt miraculosus Christi ortus pio coetui & sanctae posteritati indubitatus, ac omnibus miti ac tractabili ingenio sciscitaturis satis illustris esset; TVM, vt impiis, nimium remotis a DEO, quam vt huic veritati paradoxae concedere, & hoc insigni caelesti commoueri potuissent, ad quaerendam ciuitatem diuinam, tunc in tempus subobscurus idem supernaturalis Christi ortus esset, & a fannis atque conuitiis eorum tutus praestaretur. Si vero ANTE tres menses coniugium illud contractum fuisset, primus scopus irritus factus, ac dubitationi locus datus esset, an id, quod in Maria exsistebat, a solo Spiritu sancto sit. Dictio enim Matth. I, 18. πρὶν ἢ συνελθεῖν negationem concubitus non proxime pro scopo habet. §. XX. Schol. Vel hoc vero si liberally concederemus: ambigi tamen potuit, antequam haec verba scripta sunt, an tamquam illibata virgo Jesum concepisset. Nulla autem suspitioni causa suppetebat, si non prius ad Mariae consortium accessit Iosephus, quam supernaturalis in ea foetus exsistentiam suam documentis minime contemnendis exseruerat, & angeli augurium com-
pro-

probauerat. Haec ratio consentit cum verbis *περὶ ἢ συνελ-
θεῖν*, eaque egregie confirmat. Si *multum* ULTRA *tres
menses* inde a conceptionis momento procraftinata nu-
ptiarum esset celebratio, grauiditas Mariae interea tem-
poris *notabilior* euasisset, nec sine dieteriis ac maximo de-
decore celebrari potuissent illae. Suspicaes, vt sunt
mali, homines, quorum in oculos grauiditas Mariae incur-
risset, iudicassent illico, in turpitudinis solatium illud con-
iugium adhiberi; diuulgassent, quam primum de filio
Mariae, nato, nuntium accepissent, eum *intempestiuo amo-
re procreatum esse*. Quod opprobrium, si vllum aliud,
rerum Christianarum initiis noxium futurum fuisset, ef-
fecissetque, vt vel optimi quique Iudaeorum, (*εὐγένειαν*
valde aestimantium §. XX. & V.) detrectassent, Jesum pro
dudum sponso *coniunctionis nostrae cum Deo instauratore*
habere. (Vide infra.) Adeoque *alter scopus*, qui sapien-
tiae atque bonitati Dei non potuit non praefixus esse, *in-
cassum* abiisset; dum multi Christum haud agnouissent
ipsi, nec minus alios, ad eum reiiciendum, induxissent per
argumentum, quo quidem, salua Dei gloria, iis subtracto,
peccata infecta fieri potuissent. His consideratis, pate-
scit, *circa mensem TERTIVM* inde a facta Christi conce-
ptione coniugium Mariae cum Iosepho initum esse, ne
cum hoc temporis articulo, paullo plus minusue, quam
trimestre spatium complectente, simul opportunitas ela-
beretur ea, quae *bonestati natiuitatis Christi maiorem spe-
ciem faceret*, hoc est, qua matrimonium ita contrahere
licebat, vt Jesus deinde ex eo prognatus *videri* posset iis,
quibus notitia miraculi plus obfuisse, quam profuisse.
Forte quod angelus dicit *ΓΕΝΝΗΘΕΝ ἐν αὐτῇ*, *natum* in ea,
declarat, foetum iam per tres menses, in vtero conclusum,
profecisse. Matth. I, 20.

G

Si §.

Si §. XXXII & XXXIII. coniectura non aberrauimus: diuinare nunc quoque licet, quo loco Maria atque Iosephus coniugio se inuicem deuinxerint. Fuit is *Nazareta*. Nam 1) ibi commorabantur vterque circa tertium mensem inde a conceptione Christi. Luc. I, 26.56. *Μαρια ἐπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.* Maria Elisabetham, propediem parituram, reliquit, vt, se *formalem florentissimam virginem* esse, demonstraret, siquidem mos fuit inter Iudaeos, vt virgines a mox parituris secederent, & reuertit Hebrone DOMVM suam nempe NAZARETAM coll. Luc. II, 4. 2) Quia, dum ibi diu degerant, in familiaritatem eorum peruenerant, qui ibi DEVM serio colebant; Opus autem fuit, vt homines pii, miraculi conscii, solemnitati nuptiali adessent, propter rationem non vnā. 3) Quia parentes Christi, postquam iter, Bethlehemum Hierosolymasque faciendum, emensi essent, *redituri erant Nazaretam* Luc. II, 30. & ex Aegypto reduces, itidem *Nazaretam repetituri* Matth. II, 23. ibique reliquum *vitae tempus transacturi* erant. Propter hoc consilium conducebat, Nazaretae coniugium contrahere, vt id ciuibus constaret, ac redeunti Mariae ac Iosepho vna cum Iesulo nihil opprobrii fieri, nihil difficultatum obiici posset.

§. XXXIV.

Si Iosephus EO STATIM tempore ab angelo Domini eruditus, & vt Mariam in coniugium reciperet, *monitus est* (§. VII. seq.), quo *graviditas Mariae sentiri coepit*, mense nimirum *tertio* inde a primo momento conceptionis Iesu (§. XXXII): *eodem fere tempore Iosephus & Mariae nuptiarum solemnia celebrarunt*. Probabile est PRIUS 1) quia *eodem tempore*, quam primum nempe *graviditas Mariae* indicibus constabat, eademque Iosepho, sponso Mariae, (iussu fortitan sponsae, ab eius fortasse amicissimis,) nuntiabatur, *dolor Iosephum maxime pupugit; atque timor, ne legibus diuinis aduersum foret, Mariam in matrimonio habere*, (comes opinionis, eam virginis florem amisisse §. VI.), eum sollicitauit, vt *Mariam missam faceret* (§. VIII.); *His autem Iosephi caris atque consiliis mature occurrendum fuit.* 2) Quia, si diu post *tertium hunc mensem* Iosephus instructus & ad coniugium impulsus fuisset, *opportunitas nuptiarum*
ad

ad finem obtinendum *minor* fuisset §. XXXIII. Si ANTE hos tres menses; euidencia miraculi non tanta euasisset, quanta potuisset euadere & nunc vere euasit §. XXXIII. Immo vero Matthaeus, qui narrat, Josepho visionem contigisse, postquam Maria grauida inuenta esset, aperte negat, ante tertium mensem eum diuina sorte admonitum esse §. XXXII. CONSEQUENTIA huius argumenti satis firma est. Suspicionem enim, quae oboriri cuipiam posset, quasi Josephus cunctatus, & interposito post visionem quodam interuallo demum, connubium cum Maria ingressus esset, reprimatur α) eo, quod in mandato angeli non legimus praeeptam dilationem nuptiarum, sed nuptias simpliciter praeeptas; maxima autem animi commotio, quam singularis illa reuelatio in pio viro excitauerat, moras non tulit (per Psychol.). β) quia Matthaeus Cap I, 24. dicit: ΔΙΕΓΕΡΘΕΙΣ δὲ ὁ Ἰωσήφ ἀπὸ τῆ ὕπνου, ἐποίησεν, ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου. Josephus EXPERGEFACTVS h. e. 1) somno non amplius occupatus; 2) SIMVL ATQVE expergisceretur, nullo interiecto otio, sed confestim, h. e. postero statim die, qui illum somnum, noctemque istam excipebat, fecit, sicuti praeeperat ipsi angelus Domini. Quotus enim quisque, Graecis litteris vel leuiter tinctus, nouerit, eam participiis huiusmodi esse α) solere potestatem, vt non solum actum ipsum, quem verbi notio inuoluit, significant, verum etiam aliquam actus affectionem v. c. ἐνδελεχισμὸν Jo. I, 20. celeritatem & festinationem actus b) verbo sequenti, quocum construuntur, inferant. Hoc loco innuitur alacritas ac festinatio, vt diximus; ita quidem: & Josephus CONTINVO post fixitum somnum angelo morem gessit?

α) Licet in profanis scriptoribus explicandis haec participiorum vis affectanda perpetuo non sit: verba tamen, a sapientissimo inspirata, digna sunt, quae non populari tritina, sed quasi aurificis statera, adhibita

hibita omni animi cura atque intentione, expendantur; immo, nullam eorum determinationem *frustraneam esse*, putandum est (per Herm.)

b) Perinde ac Gen. XXII, 3. (ויקום ויקח) ἀναστὰς ἐπορεύθη & Abrahamus, diffisso ligno, *surgens* h. e. STATIM & PROPERANTER ingressus est iter. Act. VIII, 11: ἀναστὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν βύβαν τῆς &c. *surgens* i. e. ILLICO ito in plateam. conf. v. 6. Versu 18: ἀναστὰς ἐβάνθη, quum surrexisset, seu PROTIVS sacro lauacro inihiabatur. Cap. X, 20. verba ἀναστὰς κατέβητι per sequentia: μηδὲν διακονήσῃς, ita explicantur, vt facile appareat, *participium ἀναστὰς, surgens*, hoc velle: *noli tergiuersari*, & propter scrupulos *moras neclere*, sed *statim* abi &c. *Surgere* autem & *euigilare* notiones sibi propinquaе sunt, & interdum commutata earum signa leguntur; & Syrus Matth. I, 24. διε-

γεροθεὶς reddit per ὡρῶν. Enunciationem, Matth. II, 14. ὁ δὲ ἐγεροθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον, verosimillimum est, hoc velle: SINE MORA *sumsit infantulum*, periculo SVBTRAHENDVM. Habent autem aliqui Codices: διεγεροθεὶς. v. JO. MILLII NT. a LVD. KÜSTERO retractatum p. 78.

§. XXXV.

Declinandi nunc gladii sunt, quibus, iugulatum ire hanc sententiam, nonnulli aufint. Primum quidem ita minantur: Si coniugium Iosepho-Marianum post tres fere menses inde a facta Christi conceptione initum est: Christus natus est SEXTO mense coniugii; id quod *offensionis quorundam causa* fuisset, vt iniquo ausu Jesum genitum, & spurium esse, dicerent. Hinc ipsa hypothesis nostra scopo alteri, §. XXXIII, indicato, aduersaretur. Concedimus priorem argumentationem, quod *sexto mense* post initum coniugium *natus* sit; sed negamus posteriorem: *offensionem* inde necessario ortam esse. Temporis σφάλλμα minus obseruatum est, partim propter ITER *Bethlehemum susceptum*. Fuit hoc (a) *necessarium*, suspitione prorsus indignum; profitendus enim erat census iussu Caesareo. Luc. II, 1. (b) *longum*. HENR. BUNTINGIVS in itinera-rio Scripturae sacrae Part. II. p. m. 2. Bethlehemum a Nazareth octodecim lapidibus distitisse, recenset. Sicuti (vel prae-

prae-

praeter p. 10. 13.) paucissimis Nazarethanorum, census ergo, Bethlehemum proficiscendum fuisse videtur: ita, nec ob alias causas, multos ad tam *remotum* pagum tetendisse interea, credimus. aa) (c) Fuit illud iter *diuturnum*. Forte enim multitudo hominum censendorum, vel gravidatis Mariae ratio flagitavit, ut maturius Bethlehemum concederent. Forte tres menses, & ultra abfuerunt Nazaretha. Die enim 41. a puerperio offerebat Maria sacrificium piaculare, & ipsum Jesum Hierosolymis in templo; & tunc demum Nazaretham abducunt eum, per viam satis longam. (d) Hoc iter fiebat a Josepho & Maria, *hominibus, quorum probitas iam dudum spectatissima* fuerat, qui igitur nullam in suspicionem incurrebant, quasi ideo abirent uterque, ut non appareret, praematurò tempore Jesum nasci. *Paupertas* etiam eorum nota fuit; quae, quum Mariae nihil fere relinqueret, domi curandum, suavit ei, ut mariti sui Josephi indiuulsa consors esset. (e) Bethlehemus Christus non solum *noctu*, verum etiam in secreto loco, *in antro*, quod pridem stabulo inseruierat, *editus est*; hinc per prouidentiam diuinam facile fieri potuit, ut *iis* ignota maneret eius natiuitas, qui, quo tempore Maria & Josephus matrimonium contraxerint, tenebant. Accedit, quod, licet communis Messiae, multis occasionibus excita, expectatio esset, a Maria tamen *magni quid* ab omnibus *haud expectabatur*, nec tunc diligentissime ad eam attendebatur. Odium, plusquam Vatinianum, Iudaeorum in Messiam, si in primis destinatum, post triginta demum annos prorsus exarsit, quum ministerium publicum exordiretur Jesus. Hinc *difficilius* fuit, *post tot annorum decursus*, natalium eius conditionem *inuestigare*. bb) Alios enim existimes, tunc *ignorasse*, quo tempore matrimo-

nium hoc initum fuerit, adeoque ignorasse *respectiue* (qua coniugium) praematurum fuisse partum Jesu. Alios, qui id non ignorauerant, vel a sapientissimo huius vniuersi rectore, vt *vita decederent, iam iussos & in aliam iam euocatos* esse, cc) vel in Jesum *credentes* fuisse; reticentes igitur, quod sine peccato, in publicum commodum, reticere potuit. Alios alia ratione impeditos diuinitus esse, quo minus natalium Jesu honestatem in discrimen adducerent.

aa) Adeo admiranda Dei sapientia per iter Mariae Bethlehemum susceptum, atque a censu, isto praecise tempore ineundo, procuratum, *DVO S fines* vna assequuta est: *TVM* vt vaticinio Michae V, 2. euentus responderet ac *Messias Bethlehemi oriretur*, *TVM* vt saluo natiuitatis honore ibi oriretur.

bb) Licet id hodie videre. Si eo tempore, quo quis nascitur, non notatur, an is legitimus, an spurius filius sit, deinde facile cauetur, ne lippis & tonsoribus eius nascendi fors innotescat.

cc) (conf. Matth. II, 20.)

§. XXXVI.

Altera obiectio est: *Si Maria breui ante puerperium vocatur $\mu\eta\sigma\epsilon\upsilon\delta\epsilon\iota\tau\alpha$ Josepho; non statim mense tertio inde a conceptione Messiae (seu non eo fere tempore, quo Ioannes nascebatur) eius coniux facta est.* Atqui verum est prius per Luc. II, 5; ergo & posterius.

§. XXXVII.

At, nego *PRIMUM consequentiam* maioris: *Quaecumque proxime ante puerperium desponsata vocatur, ea non fuit coniux, ante id tempus, quo ita nominatur; ita corrigendae, quaecumque proximo ante puerperium tempore vocatur NON NISI desponsata &c.* significatu praeciso. Namque certum est, per *synecdochen*, in sacris litteris frequentissimam, *partis & totius nomina saepe commutari;*
&

& minus edicere, quam reuera significant. Quid igitur, si propter singulares causas, per λιτότητα & μείωσιν diceretur desponsata, intelligeretur autem simul maritata? quemadmodum puppis pro naui, rota pro curru, tectum pro domo, mucro pro gladio, aperire os, pro eximia, & aperte loqui, salutare pro familiaris colloqui, a) permittere, pro largiri vires Ebr. VI, 2. vsurpatur. Lucas vero tantum dicit: σὺν Μαρίᾳ τῇ μεμνησευμένη αὐτῷ γυναικί. Quum igitur particula exclusiua desit: vnus, nempe desponsationis, positio, non est alterius, nempe nuptiarum, exclusio. Joh. XVII, 3. Sed hac responsione nimium indulgere sententiae, nondum vero facere satis difficultati videar, nisi ostendatur ratio, cur vnus desponsationis mentio fiat, & tamen, nuptiarum ideam simul inclusam voci μεμνησευμένη esse, existimem.

a) Quam Syrus adhibet, vox إِنْجِس , positus ponendis C. I, itidem & coniugem significare potest.

§. XXXVIII.

DEINDE igitur & speciatim respondeo: Verba ἀνέβη - - - σὺν Μαρίᾳ, τῇ μεμνησευμένη αὐτῷ, γυναικί propter articulum τῇ sic intelligi posse: ascendit - - - cum Maria (MARITA utique sua) QUAM SUPRA SCRIPSIMVS Iosepho desponsatam FVISSE Luc. I, 27; ita vt apud vocem Μαρίᾳ & αὐτῷ incisiones fieri debeant, nec quidquam velit Lucas, quam determinare obiectum, Mariam, & pro-uocare ad superiorem eius commemorationem, declarando, eam ipsam, cui Gabriel apparuerat, & grauiditatem promiserat, promissionis complementum vidisse, & hanc, nec aliam, dicere se, ἕγγυον euasisse. Existebant enim plures Mariae, eaeque forte grauidae, quarum vni adiunxisse se in itinere Iosephus credi potuisset.

§. XXXVIII.

XXXVIII.

Voci *γυναικί* §. XXXVIII. notionem *uxoris* adsignauimus, quia non solum generatim notare solet *feminam*, verum etiam 1) figillatim *uxorem* i. e. partem societatis coniugialis inferiorem 1. Cor. VII, 2. 3. 4. 10-14. 1. Pet. III, 5. Tit. I, 6. Nec vero ob hanc solam rationem, verum etiam 2) quia, Mariam cum Iosepho re vera *in matrimonio vixisse*, tot argumenta Cap. I, §. 5-27. loquuntur; id autem *matrimonium ante tempus, quo Bethlebemum abierunt, contractum est*; sicuti patet *tum* ex eo, quod sub prima comperta grauiditatis Mariae criteria id factum est §. XXXII. *tum* ex eo, quod tempus post abitum ad censum minus commodum scopo huius coniugii fuisset §. xxxiii. 3) propter eum ipsum *locum* Luc. I, 27. *quem in hoc nostro* Luc. II, 5. in verbis, τῆ μεμνησευμένη αὐτῶ, *respici & confirmari*, ex indicio non despiciendo, TH, suspicati sumus. Vti opposita, posita iuxta se, magis elucescunt, sic *opposita ratio*, in verbis Luc. I, 27. Γαβριήλ - ἀπεστάλη πρὸς παρθέρον μεμνησευμένην ἀνδρῶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, quomodo haec Luc. II, 5. accipienda sint, monstrant. Eo tempore, quo diuinus legatus Mariam salutabat, nullum praeter desponsationis, vinculum inter Mariam & Iosephum erat. Ecce ergo, quam caute, quam diligenter *non dicatur πρὸς γυναῖκα, sed πρὸς παρθέρον?* Desponsationis Mariae mentio nondum vlla facta fuerat. En! igitur, quam *studiose articulus* τῆ, quem Luc. II, 5. legimus, *omissus* sit, & nudum vocabulum μεμνησευμένην legatur! Cur autem loco hoc Luc. II, 5 non itidem habetur, ἀπογράψασθαι, σὺν Μαριαμτῆ, μεμνησευμένη αὐτῶ, παρθέρον; Cur loco παρθέρον substituitur γυνή? Certe libentissime Lucas supra adhibita a se verba, quia h. l. ad ea prouocare animus fuit, eadem, minime mutata, repetiisset; verum *commutatio rationum Mariae postulauit*

lavit

laeit commutationem vocum, quae commutatarum rationum, hoc est, celebratarum interea cum Josepho nuptiarum, in desponsatione promissarum, *index* esset.

§. XXXX.

Articulum τῆ Luc. II, 5. vim habere *reproductorio-indicatiuam*, (ignoscite critici!), non prorsus absolum videtur, PARTIM quia *minime infrequens* est hic articuli vsus a); PARTIM quia absentia articuli τῆ, in Luc. I, 27. loco, e quo noster illustrationem fortiri suam debet, praesentis, nos monet, *ne eum ut fortuitum, insuper habeamus*, sed meditando ei inhaereamus parumper. Meditatus autem vix quidquam videbit, quod eo commodius denotetur, quam id, quod diximus, & in reliquis tot exemplis eo notatur, nempe consilium Lucae, *reuocandi lectori in memoriam superius Luc. I, 27. dicta*, vt maxime *notabile illud subiectum*, quod, vt mater Messiae esset, Deus dudum Gen. III, 15. *destinauerat, extra dubitationis aleam, & confusionis*, vt ita loquar, *periculum poneretur*.

a) Articulum τῆ vim saepe habere *relatiuam*, & indicis digiti instar ad alia verba spectare, notat Celeb. CHRIST. AVG. HEVMANNVS in differt. qua *geographiam Christi Jo. VIII, 6. 8.* interpretatur p. 26. Vt EVSEBIUS (Hist. eccl. Lib. III. c. 39) historiam de muliere, accusata apud Christum, a Papia conscriptam, *diuersam fuisse ab ea, quae in octauo capite Euangelii Joannis legitur, indicet*, scribit *περὶ γυναικὸς* (von einem Weibe) non *περὶ τῆς γυναικὸς* (von dem Weibe) *vti cum scribere oportebat, si mulierem illam Joanneam significare voluisset.*

Neque vero in scriptoribus saeris ipsis haec articuli praepositiui *emphasis anaphorica* infrequens est: Matth. I, 17. *πάντα αἱ γενεαὶ ἀπὸ Αβραάμ ἕως Δαβὶδ γενεαὶ δεκατέσσαρες*, *Vniuersae igitur istae, QVAS* equidem Matthaeus *ENVMERAVI*, *generationes* ab Abrahamo &c. Articulus αἱ igitur *superius commemorata* respicit. Idem dicendum de articulo τὸν Cap. I. 25. *ἔτεκε ΤΟΝ υἱὸν αὐτῆς peperit ILLVM* filium, qui *SVFRA* in oratione angeli com. 21. *NOMINATVS* est. Adde Cap. II, 2.

H

H

πῶ ἐστὶν Ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς ubi est rex ILLE, nobis, litteratis Iudaeis Arabi-
 rabicis, dudum in codice sacro, & nunc speciatim, per τὸν ἀσέβου, di-
 uinique spiritus in animo nostro operationes, IAM SIGNIFICATVS
 Comm. II. ἔβρον τὸ παιδίον, inuenerunt illum infantulum, QVEM DIXI-
 MVS quaesuisse magos, vt colerent; & Herodes, vt occideret. Com.
 ἐξετάσατε περὶ τῆ παιδία. Diligenter disquirite de infantulo, τῆ, DE
 QVO V. 2. SERMO FUIT. Cap. III. 1: τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς ἔρημον
 ὑπὸ τῆ Πνεύματος Tunc Jesus seorsim abducebatur in desertum a Spi-
 ritu EO, cuius capite praecedente com. 16. FACTA MENTIO erat,
 in verbis: εἶδε (Joannes) τὸ Πνεῦμα τῆ θεῶ καταβαῖνον κ. τ. λ. vidit Spiri-
 tum DEI descendentem. cet. Confer Luc. III. 1: ἦγετο ἐν τῷ Πνεύ-
 ματι ductus est ab ISTO Spiritu, QVEM modo, cum appositione vo-
 cis ἀγία, DESIGNAVI, quo Jesum plenum fuisse dixi, nempe a Spiri-
 tu SANCTO. Eandem emphasin articuli praepositiui mnemonicam
 obseruare licet Matth. XI, 2: ἀκούσαντες τὰ ἔργα τῆ Χριστοῦ, quum audi-
 vissent opera illa magna, in vaticiniis, vt criteria Messiae, PRAEENUN-
 TIATA. Cap. XXI, 2. εἰς τὴν κωμὴν prope illum pagum, QVEM ver-
 su I. NOMINAVI (Bethphage.). Act. VIII, 3. ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίξιν τῆ
 Δαμασκῶ, καὶ factum est vt reuera appropinquaret Damasco ILLI,
 versu 2. MEMORATAE, in qua Christi affectas capere, mens Paulo
 fuerat, SED (§. VI. b) subito cet. Versu 6: ἀνάστηθε καὶ εἰσελθε εἰς τὴν
 πόλιν, surge & ingredere ILLAM, SVPRA V. 2, & 3. DICTAM urbem,
 Damascum.

Si vacaret, & propter hoc solum tractationis nostrae Caput. II,
 (quod serio me defensurum esse, negavi §. XXVIII.) esset opus, studio-
 sius noui foederis tabulas perscrutari: exemplorum, vel his adductis
 multo aptiorum, plenas, spero, dari ceras posse.

§. XXXXI.

Aliam, ecce! has tricas expediendi rationem; quae
 an subministrata in §phis XXXVIII. XL. aptior sit,
 tuum esto, optime lector! diiudicare. Scilicet verba Luc.
 II, 5: τῆ μεμνησευμένη αὐτῶ, quae *parenthetica* sunt, sensu RE-
 MOTIVO sic accipi possunt, vt suspicio, quasi Iosephus
 grauiditatis Mariae causa esset, aperte contundatur ac
 prorsus conficiatur, hoc modo: Iosephus abiit Bethlehe-
 mum cum Maria, desponsatae simili a), quam non nisi de-
 sponsatae instar huc usque & habuerat & habebat, seu ipsi

IN

INTACTA. Mariam enim coniugem Josephi tunc fuisse, satis inter omnes constabat, sed de *eo* cespitare quis potuisset, an haec vxor tunc marito *intacta fuerit*, nec ne? Lucas igitur hanc haesitationem occupat, per additamentum, rei quae, indicanda erat, maxime idoneum: *μνησθεμένη*, docetque, Mariam, non obstante statu, in quo erat, coniugiali, esse *παρθενον καθαραν καὶ ἄφθαρτον*. Jucundum fuit, MATTHIAM POLVM, ab his partibus stantem, a) offendere. *Non sponsa tantum, inquit, fuit Maria, sed & NYPTA. At sponsam maluit Lucas dicere, quia Josephus Mariam HABEBAT VT SPONSAM. Nam sponsae interdictae viris, inquiunt Hebraei, perinde sunt, vt menstruatae.*

a) Adiectiua de plena rei conditione, quam alias notant, saepe partem tantum, & vnā qualitatem innuere, ludus foret, exemplorum copia declarare; v. c. Matth. VIII, 22. *νεκροὶ mortui*, h. e. aliquid cum mortuis commune habentes.

b) In *Synopsi Bibl.* in LVCAM (edit. Londin.) pag. 890. sub. voce: desponsata.

Mitto coniecturam non solum ficulneam, verum etiam fini alteri huius coniugii, satis certo (§. XXXIII.), & prudentiae, qua in istis ecclesiae Christianae incunabilis opus fuit, aduersariam: quae nimirum verba: *ὁ Josephus τῇ μνησθεμένη αὐτῷ*, coniungit cum *ἀπογράψαι*, hac mente: ascendit Josephus cum Maria, quam quidem in coniugio habebat, sed *quam maluit referri in album censorium titulo desponsatae*, vt publice profiteretur, se humanae Christi naturae causam nullo modo esse, atque, vt id olim e tabulis his publicis constaret.

§. XXXII.

Tertius scōpulus est: Si Jesus SVB CONIVGIO natus est: euentus contradixit vaticinio Jes. VII, 13-17, quod, Messiam e VIRGINE nasciturum esse, edisseruit. Facile autem illum praetervehare, modo obseruaueris, vatem loc. cit. innuere virginem formalem, virum num-

H 2

quam

quam expertam; minime vero virginem civilem, personam perpetuo caelibem. §. III. pag. 6. Nexus enim externus, seu status conjugalis Mariae tanti momenti non fuit, ut oraculo diuino negaretur; & quam mancum criterium matris Messiae, dignoscendae, continuisset proposito: *Messias e caelibe nascetur!* Illud quod vir diuinus in signum, maxime admirandum proponit, consistit in hoc: *Immanuel concipitur in utero virginis*, strictissime dictae, seu illibatae. Hanc veritatem autem, tantum abest, ut nostra hypothesis nefario ac detestabili conatu labefactet, ut eam potius πύξ καὶ λαξ propugnet §. 2. 3. * & eo, quod, tertio demum mense post conceptionem Jesu coniugium Josepho-Marianum initum esse, ponit, (§. xxxii.) illustrare studeat. Assueveramus enim, Jesum, **SUB** connubio isto natum esse; neutiquam vero, eum **EX** eo prodiisse. **INSTAS**: miraculi ἐνσαρκώσεως Christi gloria paululum saltem offuscata est per hoc coniugium Josephi atque Mariae; atque impediuit hoc, quo minus plenum illius iubar tunc omnibus manifestissimum esset. Concedere vero totum hoc argumentum, Deo haud indignum existimamus, rationes concessionis capite III. plenius exposituri. Heic quidem breuissimis indicamus *ignorationem* seu offuscationem illius miraculi, fuisse effectum coniugii Josepho-Mariam **NON NECESSARIUM**, sed *accidentalem*, oscitantia ipsorum hominum productum, adeoque odii nihil in coniugium istud, diuinitus procuratum, deriuare. Quis enim, ex stercore aurum colligere, id est *ex abusu* hominum diiudicare, satagat, rerum pretia? α) **POTUISSENT** iidem homines, quibus, minus attentis, Jesus **EX** coniugio Josephi ac Maria susceptus videbatur, aequae bene cognoscere, nihil prohibente coniugio, Jesum tantummodo **SUB** istius coniugii umbraculo editum esse.

Si

Si modo doctrina Christi ac *ἰσχυρολογία*, commoueri se, passi essent, ad ei cupiendum & ad pie de natalibus eius sciscitandum: ignari eorum conditionis haud mansissent. Me certe longe perspicacior fit, fatendum est, qui vinculum aliquod interhas propositiones videt: *Jesus educatur a teneris inde unguiculis ab hominibus conubio sibi deuinctis; ergo admiranda natiuitatis Jesu conditio ad vnum omnibus NON POTVIT NON ignorari; nemo POTVIT videre id manticae, quod in tergo erat. Satis (β) graues caussae bono & sapienti Deo fuerunt, cur per tempus aliquod toleraret, immo vellet accidentalem aliquam & partialem miraculi illius obscuritatem. Eius enim hoc miraculum indolis fuit, vt eius veritas oculis demonstrari haud posset; testimonium autem Mariae vel aliorum omni exceptione maiora non haberentur a prauis hominibus. Sicuti igitur in veteri testamento Deus vaticinia de filio suo, cum rebus ALIENIS MIXTA, obscurauit, ne diuersae filii naturae, euidenter propositae, fidem amitterent & chimaericae viderentur a): sic etiam congruebat diuinae sapientiae, plenam publicationem miraculi sublimioris originis Jesu ei tempori reseruare, quo plura euidentissima miracula, quae diuinitatem Jesu loquebantur, etiam ad hoc probabile reddendum conspiratura erant & quo, impletis omnibus de Christo vaticiniis, satis praeparatis hominum animis, maiori cura spe successus, vniuersam doctrinam de persona Jesu plenis quasi decantare buccis licebat Marc. III, 23. γ) Neque enim perpetuo silentio miraculum natiuitatis Jesu oppressum est, sed temporaneo tantum, dum in tenellis herbis esset noua gratiae oeconomia. Parcius vt id aliquantisper luceret, non nisi ideo voluit Deus, vt deinde, effulgentibus ex publico quasi theatro & reliquis euangelii*

veritatibus, *eo copiosiores atque augustiores radios* spargere posset, quibus antea ignorantiae ac praeiudiciorum nebulae, ringensque Momus nimis offecissent. δ) Immo vero existimandum est, etiam *tunc feriis Dei cultoribus* (hi enim vni talium miraculorum finem capiunt, iisque non in transversa rapiuntur) occultum minime fuisse: *quod Jesus patris humani exsors sit*; Mariam item ac Iosephum lubentissime rei gestae rationes iis exposuisse, quos, earum notitia non indignos neque abufuros esse, certi fuerunt. Vide haec capite III. diducta satius.

a) PIERRE ALLIX dans *reflexions sur les livres de l'écriture sainte pour établir la vérité de la Religion Chrétienne* Part. II, l. I. cap. 7. pag. 67. seq.

CAPVT III.
DE
FINIBVS
PER
CONIUGIVM JOSEPHI ET MARIAE
INTENTIS.

Coniugium Iosephi atque Mariae α) GEN. non sine finibus existit;
 β) SPEC. cum utilitate & publica & priuata coniunctum fuit.

§. XXXXLIII.

Cum *singulorum* hominum vitae rationes non a fortunae temeritate pendent, sed a sapientissimi prouidentia Numinis reguntur; tum eas, praecipue, quae ad *vitae CHRISTI* conditionem pertinent, non sine caussa & consilio esse, sed *singulari* α) Dei nutu temperatas esse, omni vacat dubio. Act. 11, 23. Cap. 1111, 28. Jo. X1111, 31. Matth.

31. Matth. XXVI, 39. Quod igitur JESVM CHRISTVM sub velo coniugii, E QVO tamen vere non prodiit, ortum videmus (Cap. I, & II.); id sapienti regimine, momento, & maxima utilitate carere non potest. Verae utilitates, ex institutis OMNISCII auctoris oriundae, pro SCOPIS eiusdem habere licet, (per Metaph.). Hinc utilitates coniugii Josepho - Mariani, a DEO procurati (per Theol. Dogm.), scoporum nomine merito censentur. Sicuti autem CHRISTVS, in duplici nexu constitutus, ET tamquam persona publica, ET tamquam privata, considerandus venit: licet istos scopos, ratione REI tam COMMVNIS, quam PRIVATAE habita, in duos ordines dispescere.

a) Eaque propter singulari cupiditate & ἀκριβείᾳ scrutandae, & expendendae sunt singulae vitae Christi περιστάσεις, siquidem ad cognoscenda τὰ τῆς Θεῆς obligamur. Accedit haec praegnantissima caussa, quod felicitas nostra, & summa, vnice nititur cognitione Christi. Huius igitur rationes an satis ponderare possis? Num vituperandus sit, qui disquirat, quoniam in statu ea vixerit, e qua nasci haud dedignatus est Christus?

Ego quidem eo promptius me accingo, ad fines coniugii Josepho - Mariani hoc Cap. III. persequendos, quia hinc elucescet, disquisitionem in Cap. I. & II. non sterilem esse, nec me diffusum in indigna otio meo. Dum scopi coniugii Josepho - Mariani foecundi sunt abstrahendis inde multis dogmaticis praedicis: fiet haec historia de vero connubio Josephi ac Mariae, eorum tractatione, PRAGMATICA.

SECTIO I.

DE

UTILITATE CONIVGII IOSEPHO-MARIANI PVBLICA.

CONSPECTVS.

Ratione rei publicae habita, finis huius coniugii fuit:

(NN) *Miraculi*, quo ortus Jesu Christi excellit, OCCVLTATIO, PARTI-
CVLARIS tum ratione TEMPORIS, tum OBIECTORVM
personalium. §. XXXIIII.

A) EX-

A) EXPLICATUR hic finis palmarius & proximus. Subordinati ei fuerunt.

N) fines *intermedii*

Commodior conseruatio natalitiae existimationis Christi, ad finem obtinendum ipsi maxime necessariae,

seu propius,

defensio miraculi in tenellis rerum Christianarum primordiis

α) a *scrupulis*, quos mouisset ingenium *imbecillum*.

β) ab *irrisione & cauillationibus* male sanorum *hostium*; &, per consequens,

γ) occupatio *abalienationis* non paucorum, qui impiorum uoculis fisci fuerint.

Hic finis tetendit

I. ad *secundio rem religionis Christianae inter Iudaeos propagationem*, seu procuracionem *inoffensae in IESVM CHRISTVM fidei*.

II. ad *bonitatis diuinae specimen erga malos homines; per impeditiōnem peccati*, (quo plena futura erat venerandorum Christi natalium aspernatio & criminatio,) ac proinde *grauioris cul-pae ac poenae*, ex isto redundaturae.

Δ) *finis ultimus: SALVS* hominum, per fidem impetranda.

B) PROBATUR, & quidem

AA) IN SE, *occultationem illam factam esse*, & quidem diuisim,

ααα) finis primarii *essentiale: OCCULTATIO* miraculi *IPSA, per gradus* demonstrando:

αα) miraculum illud *obscurari potuisse* §. XXXXVI:

α) *GENER.*, quia

1) nulla ratio in Dei perfectionibus est, quae repugnet.

2) Sapiencia & bonitas Dei postulant, ut Deus sit *cordatus* i. e. temperanter apertus.

β) *SPEC.* quia *culpa*, quae ex ignoratione articulorum fidei vel fundamentalium resultat, sufficientem eorum *publicationem* supponit.

ββ) *obscurari debuisse* §. XXXXVII.

α) *indirecte*, quia

I. *publicatio* verae conditionis, qua Christus natus fuerat, *FRVSTRANBA* futura erat, dum Iudaei *reiecissent* miraculū natiuitatis Christi §. XXXXVIII. LIIII. Nam

1) *igno-*

- 1) ignorabant Judaei: (per Gen. III, 15. Jef. VII, 14.) Messiam e virgine nasci debere. §. XXXXVIII.
 - 2) Spiritus sancti hypostasis, cui attributive conuenit productio humanae Christi naturae, nondum tam clara, vt nunc est, fuit.
 - 3) ab hominum memoria prorsus inauditum, nec in V. T. lectum erat: *virginem olim sine mare matrem euasisse.* §. L.
 - 4) miraculi huius veritas oculis subiici & indubitata reddi non potuit §. LI.
 - 5) sedit Judaeis inueteratissimum praeiudicium: *matrem Messiae CONIUGEM* fore. §. LII.
 - 6) historiam, de hoc miraculo incarnationis FILII DEI, ineptissimi homines quique comparassent cum gentilium historiis, de Theogonia & diis impraegnantibus §. LIII.
2. maxime NOXIA fuisset LIII-LVIII; dum ansam inde arripuissent Christianae religionis hostes, eam totam ad ludibrium referendi, multosque a Christo auertendi. Dictitassent enim:
- a) eam absurdissimis ac manifestissimis *contradictionibus* plenam esse, immo *niti* §. LV.
 - b) eam non nisi veterum superstitionem, absurdas religiones, instaurare, fictorumque Numinum cultores conscribere §. LVI.
 - c) Jesum *Beelzebulis* legatum Jo. VII, VIII. X. esse, & *filium*; minime Dei. Ipsius Jesu confessionem, quod *nullo patre humano* vsus sit, dictis fauere §. LVII.
 - d) saltem clamassent: sectae nouae, Christianae, auctorem esse *spurium*; in quo opprobrio, inter IUDAEOS inuidiosissimo, tamquam ad scopulos & saxa, adhaerescere potuisset applausus, quo Jesus excipiebatur. §. LVIII.
 - e) flagitiis, licet clandestinis, deditos esse, qui Christum sequerentur, imitantes forte turpitudinem ortus magistri. L V IIII.
 - f) directe, quia obscuratio *utilior* fuit, pietatis obstacula remouens. LX. LXI. LXII. LXIII.
- γγ) RE VERA *obscuratum esse* §. LXIIII. probabile euadit per
- I. argumentum a *simili ad simile*, e statu exinanitionis Christi, hoc est:
 - 1.) e rationibus vitae, quas sibi voluit esse *miserrimas.* §. LXVI.
 - 2.) ex occultationibus veritatum de se, aequae momentosarum, eo tempore, quo in terris conspiciebatur, factis. §. LXVII.
 - II. ex *indole* miraculi, ea, vt illud demonstrari non possit; & proximo *scopo* eius: qui non constitit in *publicatione.* §. LXVIII.
 - III. e *quatuor* indiciis §. LXVIII: α) quod scala genealogica Matth. I, 1-17. maiores *Josephi* repraesentat: β) quod Maria *sacrificio immundarum puerperarum* vsa est: γ) quod dicitur *nothi* in Iesum, vel *scorti* in Mariam grassati non sunt hostes. * δ) quia Iosepho itidem Matth. I, 21. commissum est, vt Iesu circumcidendo *nomen* I
impo-

imponeret, adeoque genitoris partes ageret. Conf. Gen. XVI, 15. C. XXI, 3. Luc. I, 63.

- CCC) finis primarii *determinatio accessoria* duplex: quod *restrictiua* fuerit occultatio: seu
- 1) *temporaria*, seu protensivae, ex occultatarum gravissimarum veritatum & *successivae* revelationis exemplis §. LXXI.
 - 2) *particularis*, s. extensivae, ratione hominum, quibus dissimulabatur exitia res. §. LXXII.
- BB) occultationem illam optime praestitam esse per *CONNUBIVM* *Josepho-Marianum*.
- 1) *Formaliter*, §. LXIII; quia homines *φύσει* per *expectationem casuum simulum* iudicant plerumque.
 - 2) *Moraliter*; seu *salvis Dei perfectionibus* permitti potuisse.
- aa) *Coniugium* §. 76-84.
- α) quia *libertas hominum*, decernendi iusta coniugia atque determinandi, *Mariae ac Josepho* sine iniquitate *adimi non potuit*. §. 76.
 - β) *minus malum e permissione* coniugii oriebatur (nempe opinio: Iesum esse progenitum ab hominibus *αα*) *stirpis Messianae*, ββ) *piis*) §. 77; *quam* propullulaturum erat *ex impeditione* eius (vel opinio, eum ex impiorum parentum *scandalo* ortum esse, hinc non Messiam; vel in doctrina Christiana esse *falsa* veris intermixta. §. 77-81.
 - γ) *Coniugium Mariae bona quaedam consecutaria* habuit §. 82.
 - δ) *Error vero evitabilis* fuit. §. 83-84.
- bb) *falsum iudicium de coniugio*. §. 85.
- CC) *LOCUPLETIVS TESTIMONIVM* *de quibusdam IESV rationibus*, *privatis* praesertim. §. 86.
- DD) *EXPIATIO PECCATORVM NOSTRORVM*. Pertinuit enim ad statum Christi humilem seu *exinanitionis*, qui totus *meritorius* est, quod videri vellet *consueto naturae ordine e coniugio progenitus* Ebr. V, 15. Gal. III, 4. 5. §. LXXXVII. Huc pertinet, quod voluit:
- a) *honorare* societatem conjugialem, turpissime a protoplastis deformatam, & confirmare §. LXXXVIII.
 - b) *sanctificare* nostra foedera matrimonialia & salutaria reddere.
 - c) *luere temerariam elationem* nostram.
 - d) *satisfacere pro neglectu officiorum* in *patres, vitricos, tutores*, & omnes nobis *praefectos*, vel bene de nobis *meritos*.
- EE) *PAEDIA*, tam *paracletica*, quam ad officia relata. LXXXVIII.
- 1) de *φιλαυθροπία* Iesu; qui tam *prope* ad hominum sortem *accessit*, quam fieri potuit.
 - 2) de eius *aequali* in *utriusque sexus* homines amore.
 - 3) de pretio coniugiorum.
 - 4) de *lectanda submissione*. §. LXXXIX.

§. LXXXIX

§. XXXXIII.

Ratione PUBLICAE caussae, proximus coniugii Josephi atque Mariae finis fuit *temporaria & particularis OCCULTATIO miraculi natiuitatis Jesu*. Quamuis enim DEVS serio vellet I. Tim. II, 4, vt omnes tempore natiuitatis Christi digni essent, qui, *Jesum patre humano care- re prorsus*, cognoscerent: praeuidit tamen, qui mortalium animos & *locum* veritatis optime nouit, fore, vt non ab omnibus haec veritas inuisitata tunc capiatur; eam potius *petram scandali* atque *exitii* multis, & occasionem fore, vt omnem bilem Praefinam largiter in verissimum, laetabile, ac venerandum mysterium euomerent. Quemadmodum igitur bonitas diuina moram ferre potest, ac ferendam putauit istius rerum Christianarum primae aetatis imbecillitatem; ita prouidentia diuina apta constituit temporum interualla, quibus ab elementis ad augmenta, a praeludiis ad actionem solemnem ipsam daretur progredi. Eadem haec, *quia conducibilius* hominibus erat, *nescire* nobilem veritatem, quam, eam *non suo loco retinere*, praetexendo miraculosis originibus Jesu connubium Josephi atque Mariae, cauit, ne pretiosum cimelium hostibus proderetur statim, praeuisosque, per scientiam mediam, improbos ringentis Zoili, ausus fefellit. Vt verbo dicamus: *Occultationis* finis fuit **TVM remotio** **OFTENDICVLI** ex inaudita natiuitatis conditione tunc apud plurimos (nec pessimos) orituri, eorumque fidem in Christum impedituri; **TVM occupatio** **IRRISIONIS & CALVMNIARVM**, quas hostilis multorum libido in **CHRISTVM** coniecisset, quando, eum *sine patre* esse, accepissent; & quae *ipsis* criminantibus *culpa* plurimum, *aliis* vero nocentissimos *errores* & auersionem a Chri-

a Christo contraxissent, adeoque pulcherrimum doctrinae euangelicae cursum fuissent remoraturae.

§. XXXXV.

In fine hoc (§. LXIII.) demonstrando ita versabimur, vt *primum* de OBSCVRITATE huius miraculi ipsa pateat, eam permitti A) POTVISSE a Deo, saluo complexu perfectionum eius; B) DEBVISSE, sapientia bonitateque eius eam exigente; C) *re vera* PERMISSAM ESSE: *deinde* vero doceatur, obscuritatem TEMPORANEAM tantum fuisse & PARTICVLAREM & denique appareat, eam *optime praestari potuisse huius connubii praetextu.*

§. XXXXVI.

Argumentorum, quae declarant, salua DEI gloria coniugii peplum natiuitatis Jesu Christi miraculo obduci illudque celare aliquamdiu N) POTVISSE *moraliter*, generatim *tria* adducemus. PRIMVM: nulla DEI perfectio ab eo postulat, vt *uniuersas veritates vno eodemque tempore aequo largo lucis modulo reuelet hominibus.* Quid igitur mirum; si miraculosam Jesu natiuitatem per tempus aliquod, minime dico negare, (id enim mendacium foret, a Deo remotissimum,) sed reticere voluerit? DEINDE: *Sapientia Dei, quae veracitatem ac sinceritatem eius temperat, diuersos reuelationis gradus requirit.* Quum enim sapientia DEI consistat in constitutione mediorum, optimis finibus conuentissimorum, seu in perfectissima optimi electione: necesse est, vt rationem habeat conditionis *temporum*, & *status hominum tam externi, quam interni*; hac enim insuper habita, nec fines optimos, nec media feligere posset *accommodatissima, & felicissima.*

Ea

Ea vero quum diuersa sit diuersis temporibus (per exper.), non licet DEO cuncta vno tempore edicere, sed, reservationibus seu dilationibus publicationum non numquam opus esse, videt. Est igitur *temperanter apertus* seu *sapienter verax*. h. e. *pollet habitu tacenda tacendi*, remotissimus a rimofitate. SPECIATIM tenendum est, citra aeternae felicitatis iacturam sanctissimum conceptionis Christi miraculum *ignorari* eo tempore potuisse, quo illud *nondum manifestatum* fuerat; (siquidem quaeuis veritatem cognoscendi obligatio *facultatem* eam cognoscendi praestruit;) eo autem tempore, quo id *obscurius* nuntiatum est, id *minori* culpa esse ignoratum, a) quippe *ex opportunitate bene agendi* maiori augetur, *minori* minuitur *peccati quantitas*. per Th. M.) Ergo cordatus DEVS neminem laedit reticendo vel offuscando veritatem, e cuius propalatione damnnum exstiturum esse certissime praeuidit, seu, quam alios (vel omnes vel aliquos) melius ignorare vere cognoscit. Minime vero inficior, simul atque eius exstitit clara promulgatio, vel vlla eius cognoscendae occasio, *negari* eam sine detrimento haud potuisse.

a) Vide supra laudati Ven. S. J. BAUMGARTEN *diff. de gradibus peccatorum* §. XXXII. p. 28.

§. XXXXVII.

Ambulante in terris Christo, *ex parte* utique 2) **DIS-**
SIMVLANDVM fuisse conceptionis Jesu Christi miraculum §. XXXXV. evidens erit, quando *apogogice* demonstrauerimus: dissimulationis oppositum, plenam puta **PUBLICATIONEM** miraculi, futuram fuisse, **ET**
FRVSTRANEAM seu vtilitate destitutam, **ET** admodum
NOXIAM.

§. XXXXVIII.

Futurum fuisse, vt promulgatio veritatis: *Jesus sine patre humano vitam accepit*, antequam euangelium orbi vberius illucesceret, facta, *sine excideret*, illustre fuerit, simul atque, *hanc veritatem quam paucissimis sese fuisse probaturam*, rationibus dilucidauerimus.

§. XXXXVIII.

Perpendamus igitur, vt de hoc constet I.) *tenuem plurimis istius temporis hominibus cognitionem fuisse rationum Messiae*, aliquibus nullam. Longa huius rei demonstratione superfedere licet, quum omnis historia vitae Christi, ab euangelistis perscripta, eam loquatur, sufficiatque, quod Johannes, praecursor Messiae, dignissimus testis, quiritauerit: Jo. I, 26. *μέσος ὑμῶν ἔστηκεν, ὃν ὑμεῖς ἀκ οἶδατε, Medius inter vos stetit & stat* (Christus v. 25.) *quem vos nec nouistis nec AGNOSCITIS*; quod verum Christum reiecerint; Nam *εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν ἔπαρέλαβον. In sua venit, sed sui eum non receperant*; Pseudo-Christis autem adhaeserint, THEVDAE AC IVDAE, Act. V, 36. 37. Matth. XXIII. 5. (24.); quod Judaicae gentis doctores, maxime Sectae Sadducaeorum, ne legem quidem caerimoniam, nisi diuites, pro magno pretio docuerunt, doctrinam vero de Messia plane intactam dimiserunt; quod vel magistri populi *ὁδηγοὶ τυφλοὶ* fuerunt Matth. XXIII, 24. vnde populus vix oculatior fuerit; quod ii ipsi, qui quotidie cum Christo versati & ab eo instituti erant, vltra triennium, ne tunc quidem e praeiudicio emerferant, Christum terrenum regem fore Luc. XXIII, 21, quod Maria Magdalena eodem errore infatuata Jo. XX, 15. 17. Hinc recte coniecimus,

plu-

plurimos gentis Judaicae ciues ignorasse, quo valerent non solum VATICINIA; tum illud Gen. III, 15. de femine, non viri, sed *mulieris*, caput serpentis conquassaturo a); tum illud Esaiianum C. VII, 14. de עלמה puella incorrupta, b) filium enixura, tamquam *signo*, re noua; tum hoc Jerem. xxxi, 22. *creat Jeboua rem NOVAM*, inusitata ratione, sine viri ope existituram, *in terra, femina circumdabit* gremio vteri sui *virum* c); verum etiam ΤΥΠΙ & FIGVRAE: tum typus *Melchisedeci* ἀπάτορος καὶ ἀμήτορος Hebr. VII, 3, sicuti Rex noster, Messias qua diuinitatem, ἀμήτωρ, qua humanitatem ἀπάτωρ fuit, tum typus *virgae Aaronis* Num. xvii, 8. (Jes. xi, 1.) sine humectatione seu terrae foecundantis opera florem emittentis. Illi igitur, qui ex reuelatione Dei propiori scripta non didicerant, Messiae criterium fore, vt in *virgine sine viro foecunda* conciperetur, ex eaque nasceretur, illi, qui a lumine rationis, ad hoc criterium inuestigandum, parum iuuabantur, an adsensissent adserto: *Maria non ex homine concepit, & Jesus patre caret?* Nouimus quo sit opus labore, vt sententia *nondum publica*, seu nondum ab omnibus adoptata, publici saporis fiat, & quam saepe *in spongiam incumbat hic Ajax!* Difficillime fascinum vulgus deponit. Non tam regitur manifesta veritate, quam veritatis simulacro, nec corrigi vult aperte, nec emendari palam, qui sibi sufficere videtur.

a) Vide, sis, huius proteuangelii paraphrasin in diff. nostra: *de primo primorum hominum peccato* p. 97.

b) §. 2. Schol. a) adde IO. GEORG. ABICHT de *Immanuele ex virgine nascituro* Lips. 1717.

§. L.

Pensitemus II) *prorsus nouum & ab hominum memoria omnino inauditum fuisse*, vt virgo vterum gestaret, ho-

hominemque pareret, virum plane nullum experta. Omnium retro saeculorum experientia gentes, nationes ac populos omnes docuerat, binos diuersi sexus homines requiri ad sui similem producendum. Nouerant Iudaei illud ויולד & genuit, quod in genealogiis v. c. Gen. V. toties repetitur, quoties ratio originis huius illiusue Patriarchae, vel sanctissimi deinde ac Deo carissimi, indicanda venit. Nec inter miracula, in veteris instrumenti tabulis consignata, quorum *quingenta* numerant, vltimum habetur huic simile. a) Legimus quidem multa iis analogia, quae summus Thaumaturgus Christus tempore nouo patrauit, quorum quidem *quingenta genera* computantur, varias denuo ac plurimas *species* complementia; sed nusquam memoratur, *virginem, nullo adhibito mare, matrem euasisse*. Quum igitur hominum, qui Christi tempore viuebant, animi euentu pristino simili praeparati nullo essent, ad fidem nuntio, de *invisitato virginis Mariae partu*, habendam, quis, eos rem, non illustrem, credituros fuisse crederet? Nisi forte tam mite b) ac tractabile hominum ingenium est, vt propter vnicum nullo vsu munitum exemplum, idque post tot temporum decursus primum & quidem in obscura & paupercula femina (talis enim fuit Maria p. 12.) obuium, damnare soleat sententiam, communi & longe illustrissima longinqui temporis experientia per orbem terrarum compertissimam, probatissimam, huc vsque immotam & inconcussam.

- a) Id, quod uxori MANOACHI accidit Jud. XIII. quantum distet a conditione miraculi, de quo heic agimus, nullus non intelligit.
- b) Quum Maria, diuinum tamen nuntium intuens, hoc λογισμῶν vsa sit: *Quae virum non agnouit, ea parere non potest* A. E; an hostes mitius pronuntiaturi fuissent?

§. LI.

§. LI.

Ponderemus III.) *miraculi huius veritatem in sensus haud incurrisse*, seu eius id naturae fuisse, vt nec *sentiri oculisque cerni posset, nec tam palpabile & indubitatum per se ipsum omnibus reddi*, quam cetera stupenda Christi facinora, intuentibus tot, minime falsis, testibus perpetrata; quorum de externa saltem veritate dubitare numquam licuit, nec dubitatum a coaeuis est vnquam, tamquam communi sensationis testimonio confirmatissimorum. Huius autem miraculi, quod Jesus nec Josephum, nec vllum alium patrem inter homines patiatur, sed, *praeter virum, in Maria ortus sit*, veritas in apurum deduci minus potuit, sed *solius Mariae testimonio constitit*. Provti vero Josephus non nisi de *sua* continentia idoneus testis prodire potuit, de aliorum a Maria abstinentia indignus fortean habitus, qui fidem suam interponeret; sic, ipsius Mariae testimonium sanctissimum atque omni exceptione maius esse, tanto minus credidissent arbitri, quo insignior est a) *infirmitas ac temeritas mulierum*, & quo copiosiora corruptarum virginum, earumque miris titulis causam suam subinde purgantium, *exempla* profant. Maria b) testificari potuit praeter hoc nihil: *visam sibi esse speciem, proloquutam de se, quod sit Gabriel, nuntius diuinus; eandemque sibi, Mariae, foetum supernaturalem praedixisse ac promississe; itemque se commercii cum viro NESCIAM esse*. Haec auctoritas iudicibus an satis fecerit, dubito. De *priori* momento verba facientem *unicam* risissent, *vel* tamquam inani somni specie deceptam, *vel* tamquam prae nimio eius amore, cui pudicitiam substrauisset suam, mirabiliter ingeniosam, eiusque nomen silentio ita quidem inuoluturam, *vel* tamquam refarturam,

K

ram,

ram, falsuram certe his lepidis officii factum honoris sui detrimentum. a) *Posterius* momentum, *Mariam nesciam esse viri, nec vllum nominare posse inter mortales rei auctorem*, si vel concessissent censores, quod quidem de non multis adferueris; nondum tamen compulsos sese vidisse eos, vt miraculum ipsum concederent, facile perspicias. Tantum igitur abfuit, vt aestimatores Mariae testimonium ratum habuissent, vt, eo reprobato, rem feriam in ludribium vertissent potius, quia argumentis demonstrari non poterat apodicticis. Affirmatio Mariae tam parum vt proficeret, futurum fuisse, eo facilius persuadere, quod $\alpha\alpha$) tanta ignoratione characterum Messiae plurimi laborarunt §. xxxviii. & $\beta\beta$) nulla eiusmodi manifestissima miracula praecesserant, quae adsuafacere mentes potuissent, vt rei, nunquam prorsus auditaе, ad sensum praestarent, disquirendo saltem ei inhaerent. §. l. Et vero, si illius temporis rationem habemus, quod Christus *privatus* exegit, certum est, eo quidem ponderis multo minus habiturum fuisse $\omega\omega\delta\epsilon\upsilon\omicron\mu\eta\tau\epsilon\delta\omicron\varsigma$ testimonium, quia tunc nondum facta fuerant ea, quae deinde demum Jesum, tamquam $\theta\epsilon\acute{\alpha}\nu\theta\epsilon\omega\pi\omicron\nu$, praedem humani generis innocentissimum, adeoque lege nascendi vulgari exemptum, demonstrabant, vacillantique persuasioni, stabiliendae, opem ferre poterant.

a) Atque fac, *Genii* in aedes Mariae *ingressum & egressum* plurium oculis fuisse *vsurpatum* (quod serio negauerim, quia Iosephus in Nazarethae oppidulo ignarus tam diu grauiditatis Mariae vix fuisset, donec $\epsilon\upsilon\phi\acute{\epsilon}\eta\ \epsilon\nu\ \gamma\alpha\sigma\upsilon\ \epsilon\chi\chi\omicron\alpha$ Matth. I, 18. nec in praestando coniugii promisso tergiversatus esset v. 19. §. VI. & quis angelus, qui Zachariae apparuit, non simul a concione conspectus est;): vereor tamen, futurum fuisse minorem numerum eorum, qui plenam Mariae fidem adhibuissent, quam eorum, qui publicatam rem contempsissent, dum maleuoli, eo quod sermonem nuntii, ad Mariam directum, non ipsi auscultau-

taue-

tauerant, dictitare haud eunctati essent: ambitionis oestro percitam Mariam, *bunc* tandem sermonem excogitasse, sed frustra ostentare. Mira enim est hominum, etiam eorum, qui prae ceteris sapere volunt, imbecillitas, quum de rebus agitur a sensu remotis, in quibus humana eos deserit & ratio & experientia, cuiusmodi *vllas* vel *multas* fieri non meminerunt, quarum integritas *praesentissimis* indubia reddi signis haud potest; mira eorundem pernicacia, quando approbandus venit euentus *vnice talis*, licet rationibus sat eidentibus stipatus. Tutius iter ingredi se putant denegando quam perhibendo adfensum. Iudicant enim *e notioribus*, per similitudines, usque comparatis, quae vsu rerum cognouerunt, per Phychol.

§. LII.

Cogitemus III) *praeiudicium* *Judaeorum* inueteratissimum *de matre Messiae*, quam fore opinabantur aliquam *coniugio deuinctam*: aequae ac prophetae, & maximus propheta, MOSES, cui aequalis Messias futurus praedicitur, Deut. xviii, 15. e coniugio legitimo progenerati fuerant; & quia concinnum videbatur, vt, quemadmodum a coniugibus, Adamo atque Heua, miseria esset introducta, sic etiam a *coniugibus* oriretur felicitas; Gen. III, 1. Testatur de eo, quod omnes a) mares ac feminae in re publica Judaica, (prae feminis ethnicorum) *singulari obligatione* ad ineundum coniugium impelli propterea existimabantur, quod singulae obligatae erant ad studium, Messiam pariendi; testatur, quod decrepitae virgines, sterilesque vxores *minori in pretio* ac fere *contemptui* habebantur; testatur maritatarum pro se cuiusque mirifica *cupido* numerosae prolis, ista spe accensa, fore, vt sibi, rerum salutarium auctorem eniti, contingeret. Illam igitur temere sumtam opinionem, *quod Messiae mater coniugata futura sit*, tantum potuisse, vt, etiamsi diuulgatum fuisset, *Jesum Messiam ab intemerata virgine esse editum*, finis tamen, persuasio salutaris, non obtineretur, quis est, qui non

videat? Immo *invidia* praeiudicatae opinionis vim valde acuisset; vt, quo ardentius vxor quaeque ex *φιλαυτία* honorem *editi* Messiae appetiit, eo acrius, remis quasi velisque, repugnasset ac pernegasset, Jesum, qui tamquam Messias a quibusdam colebatur, a virgine natum esse, atque DEVM in hanc, tenuem quandam Mariam, diuertisse. Et semicanae, morosae, an cum noua doctrina nunc in gratiam rediissent? Concurrere, vociferatae essent, illi praeiudicio ab incunabulis innutritae, quidquid est inter nos naturae peritorum, cognoscite sapientiam & obstupescite admirabilia scita eorum, qui dicunt *Jesum, qui existit, sine patre existisse*, qui vos, vos etiam legis periti! non plus sapientiae, quam lapides, habere demonstrare student, firmissimisque exitium minantur. *Exiguus eorum* manipulus, quorum in animis opinio illa non nidulata, vel iam enecata saltem fuit, tunc quidem *copiosiori* secus sentientium numero haud suffecisset, ad saniorum mentem perducendo. *Difficulus purgatur ager anno, qui saeculo vno pluribusue dumeta genuerat.* Et maiori cum negotio dediscimus falsas opiniones, quam quo didiceramus.

a) confer *Schulchan Aruch* part. III. num. i. §. i. & 3. R. MAIMONIDEM apud IO. SELD. Lib. V, c. 3. *de Jure Nat. & Gent. Ebr.*

§. LIII.

Consideremus V) magnam putidissimorum *commentorum* farraginem, quae *de diis, amore stimulatis*, a) eique operam dantibus, v. c. de lasciuissimo Ioue b), Danaes, atque Ledaes, Tyndari regis filiae, amore capto, inter inanum Deorum cultores circumferebantur. Haec quum Iudaeos, quibus Gentiles aliquot locis permixti habitabant, prorsus non laterent: peruersissimo cuique haud difficile fuisset, *similitudinis non nihil* in historia, de
gra-

graviditate Mariae, a masculo non profecta, & *alia*, quam nominatione iam non dignabor, videre, sed non dicam, videre ac inuenire, verum *fingere*. Quam proni igitur exstitissent inimici & inimicae Jesu, ad nugarum istarum tantum odium in historiam de Jesu, immediate a Deo producto, speciose deriuandum! Acclamassent, nec vana fortassis ira, rudibus scientia litterarum exculti: historia de Maria, vi supernaturali grauida, *gentilis historiola est!* c) quo nomine affecisse longe certissimam & maxime venerandam rem, idem esse visum fuisset, ac refutasse, ac falsissimam demonstrasse. Angelus, qui Mariae adstitit, non est, dixissent, nisi *Mercurius*, deorum nuntius, vel aliud *fatidicum spectrum*, Mariae somnianti visum; siquidem inde a tempore Malachiae, a *quadringentis* & amplius annis, desierant prodigia. Josephum e factione & *conspiratione* idem cum Maria testari. Adeo igitur, *propter aliquas similes rationes in fabulis ethnicis* (quamquam plures multo dissimillimae sunt, immo caput rei similitudinem fugat, diuersissimum, si rite expenditur), quibus profligandis istius temporis conditio nondum suffecit, ante resurrectionem Christi conducibilior d) fuit *dissimulatio* miraculi, quam publicatio; eo valitura, vt & nuntium, de viso Mariae angelo, & de superuentu Spiritus sancti, ineptis ac fide indignissimis idololatrarum naeniis adgregarent, et, quidquid est domi cachinnorum, paratum haberent plurimi in huius causae vindices.

- a) Vid. praeter alios Mythologos LILII GIRALDI *hist. Deorum syntagma*.
- b) Vide, post fontes, seu lacunas potius harum fabellarum, poetas, reliquosque profanos, NATALIS COMITIS *Mythol. Lib. II. Cap. I. p. m. 92*. PP. GAUTEVUCHE *Poetiske Historie* p. 10. II.
- c) Nullo non tempore, dicis, adfricari hanc inuidiam sanctissimae historiae potuisse, adeoque plus probare rationem, quam probare debet, hinc nihil:

K 3

RESP.

RESP. Completo miraculorum vti necessariorum sic sufficientium, inde a saeculis aeternis decretorum, numero, innotescentibus tot ac tantis aliis argumentis, indubiis, quae *singularitatem* Jesu, vt ita loquar, demonstrabant, elumbe magis erat hoc praesidium, nec tam miseris armis licebat aduersari rei, nunc multo speciosiori; quamquam antea multi iis permoti fuissent, vt in *atrocibus* sordibus perseverarent. Temporum periodi *aliae* aliis sunt patientiores veritatis. Miles Darii non nisi *ligno* instructus, quod *igne durauerat*, Curt. Lib. III, c. 2. terribilis quidem fit puerulo ineremi; sed eidem, annis, animo viribus & armis (hodiernae militiae) aucto, non item. Non obteret rite resistantem. Sit venia huic *simili*, re tanta indigno!

â) *Obuertis* *§vis* XXXVIII - LIII. *generatim*: publicatione miraculi, isto tempore, quod supra saepius designavi, facta, aequè multos forte ad fidem in Jesum Christum esse perductos, atque ab ea abducti sunt.

RESP. Vicisti vero tu quidem *forte*; si id prius euiceris, pessime sibi consulere, qui quinque vel quatuor argumentorum pondera suspicioni, praesidio nudatae, anteponenda esse iudicant. Vni atque alteri profuisse publicationem, *infra concedam*; sed pluribus non obfuturam fuisse, a te nobilioribus argumentis, nostris vero antiquatis antea, demonstrandum est.

§. LIII.

Bene tamen cum re Christiana fuisset actum, si hos intra limites constitisset malum. Neque vero solum REIECISSENT multi adsertionem, Christum patris humani expertem esse §. XXXVIII - LIII, si in vulgi notitiam dimanasset maturius, verum etiam, vltius progressi, eam EXAGITASSENT, ansamque inde arripuissent, *perstringendi doctrinam Christianam, eiusque cursum retardandi*. Qui nouerit, homines, diuinis studiis nondum emendatos, ita adfectos esse, vt non solum renarrent libenter, verum taxent etiam, quae noua suisque sensis minus congruentia, maxime circa religionem, audiunt; qui tenet, quae nam odii nouercalis, quo Iudaei Christo, munus propheticum exorso, graues esse numquam desinebant, natura sit; qui recogitat calumnias multas, quibus iam oneratum Christum iuerunt inuidi, tamquam *κείμενον εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον*
Luc.

Luc. II, 54: is minime ambiget, miraculum conceptionis Christi conuictis vt profcinderetur, fuisse futurum, pessimamque eius obtrectationem complures circumuenturam, ex §. XXXVIII - LIII. colliget.

§. LV.

Crepuissent Judaeorum impii, (erant vero non impiorum, si numeros comparas, pauci) I) *contradictiones absurdissimas*, a ratione ac fide humana alienissimas, quibus laboraret, immo scateret *doctrina Christianorum*. Continere eam dogmata, questi essent, quibus fieri puerilius atque ineptius posset nihil; res tradere, communem hominum experientiam tollentes, veritatibusque, vnanimi populorum consensu certis, contrarias, ceu e principio eorum capitali appareret: *Jesum sine patre esse procreatum*. Quum vero DEO indigna sint, disputassent, praecepta, quae communes notiones tollunt, quis credat doctrinae Christi tamquam diuinae? Christianis nemo, nisi veri negligens, magistris ad religionem vtitur! Miracula in V. T. patrata alius generis esse, & indubia, & flagitata a sapientissimis finibus, atque utilia. Docere quidem, licuisset Christo cupientibus, magnam illam causam, cur Jesus eo ordine, quo genus humanum deprauatum propagatur, non exortus fit; sed eo tempore, quo Jesus nascebatur, nondum gaudebant mentes tanto cognitionis apparatu, vt rationes reddere possent omnium in Christo mirabilium, eaque defendere; immo nec gauisi sunt sufficienti, eo tempore, quo Christus munere prophetico fungebatur, §. XXXVIII. Nec vero hoc tempore locus fuit defensionis veritatum; nunc primum ex ore sapientissimi magistri hauriendarum, & imbibendarum. Ji interea, quibus mens laeua fuit, hoc crimine, Christum chimae-rica docere, multum profecissent.

§. LVI.

§. LVI.

Vt eo magis suspectam redderent Judaei, doctrinam Christi, quaeuis cum puluisculo, ad eum denigrandum, corradentes: II) *res gentilium in comparationem adhibuissent*, omnibus maxime inuisas. Nemo, dictitassent, tam est a ratione relictus, quin intelligat, Jesum, dum patrem humanum habuisse se nullum gloriatur, non nisi id agere, vt viles, *ore pagano exclusas, commentorum quisquilias recoquat*, fucō obducat; iocularia fabulosa a poetis decantata comat, vngat & expoliat. Ex hac vna doctrina de reliquis doctrinis, tamquam de veste e lacinia iudicium ferre licere. Facile vidissent, fateor, qui Christum ipsum audituri erant, eiusmodi fumum eum non vendere, sed verba *vitae* eloqui; nec tamen negari potest, contumeliosum hoc opproprium vulneris aliquid rebus Christianorum illaturum fuisse, antequam maior rerum conuersio ab ipso Christo facta fuerat, deficientibus argumentis sat euidētibus, quae miraculosam originem demonstrarent.

§. LVII.

Iidem Jesu hostes, qui *diaboli legatum* vocare haud erubescabant (Jo. vii, 20. Cap. viii, 48. 52. Cap. x, 20. §. xxiii. seq.) quem a populari suo, Josepho, genitum, sibi persuaferant §. xxiii, multo audacius ac speciosius docuissent: (III) *eum diabolica virtute miracula patrare*, si is ipse clarissimis verbis, humano patre se prorsus carere, inculcasset. Immo vero tortuosum ac malitiosissimum quorundam, Satanae mancipiorum, ingenium eo peruertisset hanc veritatem, vt eum, humano parente, ex ipsiusmet confessione, destitutum, pro *FILIO diaboli* venditassent, cuius virtute admiranda designaret facinora; vel ex *alio*

mum-

mundo in hunc translatum esse, nec editum a Maria, garrarent.

Ita statuendo, nimiumne indulgerem coniecturis? quum non defuerint, vel iam augustissime splendente Christianae religionis lumine, qui ita fere insanierunt? MARTINVS DEL RIO, taceo Toreblancam, Bodinum, Remigium, miraculum conceptionis Christi putidissimo ac impurissimo commento infringere, obscurare saltem, laboravit. *Daemonem, inquit, efficere posse, ut virgo mens & corpore permanens concipiat, non tamen sine virili semine, quia virgini, dormienti vel ignarae, aliunde assumptum posset infundi. Lib. II. disquis. Magicar. qu. 15.* A lententiis Pontificiorum, ad sententias Judaeorum ratiocinari licet, quia Papisimus fere totus est fabula ex Gentilismo ac Judaismo conflata. Immo vero planum est e scriptis Philonis ac Rabinorum, Pharisaeos infinitis fabulis, de daemonum *malorum* effectibus eiusmodi, de Archidiabolo *Samael*, & de matre eius *Lilis*, incautos decepisse, & virtutem, corpora formandi, & cum hominibus concumbendi, diabolo tribuisse. V. C. Nugantur, CAINVM non ab *Adamo* sed *SAMMAELE*, *impuro spiritu*, ex Eua genitum esse. *Falkut. Chadasch fol. 5. col. 2. n. 52.* Quin immo saeculis sequentibus, *simul atque* Christiani apertius conditionem natiuitatis Jesu *profitebantur*, re vera in hoc horrendo figmento *ἀεὶ Νίαι* contra splendorem natalium Jesu miraculorum quaesiverunt. J. A. EISENMENGER *Part. I. Cap. II. p. 100.* Nec dubium est, e placitis Stoicorum atque Platoniorum has nugas eos adsciuisse. Nec huius loci est, futilitatem eius opinionis iam refellere; nec placet, cum laruis pugnare. *Risisse, vel ingemuisse potius, satis est.*

§. LVIII.

Certe capitali in eum odio incensi non intermiserunt III) tam obiectare ei, quod *amoris furto conceptus, foedissimusque spurius sit*, quam alios hortari, ut hunc, turpissimis auspiciis & DEO parentibus irato, ortum, eiusque doctrinam *spernerent* §. XXII-XXV. Causa a) dehortationis adiuncta ea est, quae facile inducere potuisset b) homines, generis virtutem principe loco habentes, ut Messiam suum *abnegarent* eum, (§. 22. 23.) immo, quae prudentiores etiam sibi conciliatura fuisset. Qui enim conueniret dignitati & maiestati redemptoris hominum,

L

spurius,

spurius, h. e. inter omnes gentes contemptim habitus, *ortus?* macula a parentibus, Deum adspernantibus, contracta? Spurios ipse DEVS legitime natis multis parasangis postposuerat, iusseratque Deut. XXIII, 1. 2. *ut non reciperentur usque ad decimam progeniem.*

- a) Legimus Joan. VI, 65. 66, multos vel eorum, qui iam in disciplinam Jesu concesserant, ab eo *defecisse*, propterea quod *sermo quidam huius sinceri magistri cum ipsorum sensis haud conuenerat.* Quot eorum putamus Jesum deserturos fuisse, quando communi opinioni: *Messias splendidissimis natalibus conspicuus erit!* rumor, licet rumor sine capite fuerit, obiecisset hoc chimaericum: *Messias e stupro ortus est?*
- b) Solent enim homines, quum de *vero & falso* dispiciendum est, spectare *personas.* M. le CLERC in PARRHASIAN. T. II. p. 31. & 32. *Jamais il ne vient dans l'esprit à ces gens là, comme on ne doit non plus ni embrasser, ni rejeter les opinions à cause de ceux, qui les defendent, ou qui les attaquent, mais à cause des opinions memes, selon que l'on a reconnu qu'elles sont ou veritables ou fausses; Que la verité est toujours verité, de quelque bouche qu'elle sorte, & l'erreur n'en est pas moins erreur, pour venir de gens, que l'on chérit, ou que l'on honore.*

§. LVIII.

Nec temperassent sibi aliqui malesani, qui, Jesum atro carbone notare, in rebus praeclarissimis numerabant, (serui diaboli, nil magis, quam excitandos aduersus Christum carnifices molientis,) quin, accepto rumore, quod is patre careret, & quod illegitimo loco ab hominibus *parum castis* genitus esset §. L. diuulgassent: V) Jesum κακῆ κορανὸς κακὸν ὄν (sit venia verbo sanctissime ac summopere venerande Jesu!) esse. Itemque in Jesu assclas hoc vituperio, seu delirio potius, faeuissent, eos, eo quod spurio fauerent, & turpitudinem ortus ne minimum quidem curarent, suspicionem incurrere, quod ei *flagitio dediti sint*, e quo ille prodierit. Pauci rerum, quae geruntur, tam sunt expertes, vt, hunc, licet infru-

nitum,

nitum, clamorem omni vi nocendi orbem fuisse, dixerint. Quidam saltem, huic igni adstantes incaluisse, nec sunt omnes tam sobrii, vt debilitatem criminum peruideant.

Praetermitto cetera conuitia; plaustra quorum veluti ex orco coegisset aduersariorum praua cohors, si, minus prudenter, atque ante tempus, propalatum esset sanctissimum hoc regni DEI mysterium.

Silentium sacrae scripturae tam de illis conuitiis, quam his, quae ex multis repraesentauimus §. LIII-LVIII, est eloquentissimum §. XIII, XXII, XXIII, XXVIII; seu sapiens eloquium, quod VERVM fuerit conuubium Iosephi atque Mariae; cedit proinde in confirmationem totius Cap. I.

§. LX.

Tantis igitur inuasionibus apertissimum iter fecisset miraculi, quo conceptio seruatoris eminet, intempestiua publicatio! Tam periculosas calumnias prouocasset ea & inuitasset in rem sacram! cui tamen caliginis plurimum & difficultatum aliarum grauisimarum sat magna moles debellanda fuit; vt sapientiae fuisset, nouam, quae euitari potuit, non obicere. Tantum haec negotii Christo facesiuisset, cuius tamen patientia tot aliis diuexationibus adeo exercebatur, vt, parcere ei, seu hanc molestiam ab eo abigere, si *saluo fine* abesse potuit, aequitatis fuisse videatur! Vt luculentius ex dictis patescat, melius fuisse reticere aliquamdiu miraculum conceptionis Christi, quam statim manifestare: duplici argumento vtar.

§. LXI.

Quicumque OMNI EX PARTE SAPIENTISSIMVS praevidet, publicationem instituti sui FRUSTRANEAM fore, seu, bonum quaesitum non esse consequuturam: is publicationem instituti non eligit, tamquam medium boni istius obtinendi. Atqui DEVS, omnino sapientissimus, praevidit,

L 2

publi-

publicationem instituti sui (miraculi in conceptione Christi) *bonum seu finem intentum* (hominum tunc viventium fidem in Jesum Christum, atque felicitatem) *non esse obtenturam.* Ergo in medium tale non elegit, nec eligere debuit publicationem. Propositio *maior* per principia Theol. Nat. firmitate gaudet. In ea enim demonstratur, eum, qui omni-sapientia, scientia clarissima, verissima, atque certissima nexus finalis praeditus est, a) numquam sine *praefixis* & quidem *optimis scopis* agere; b) *media* determinare finibus *convenientissima*, nec abundantia nec deficientia, adeoque ex *asse* efficacia, hinc non frustranea. *Minor* patet, ex §, XXXVIII-LIII. a) Si ergo in prima religionis Christianae aurora *non exponenda* omnium notitiae miraculosa Jesu origo fuit, fuit ea, vi synonymiae, *RETICENDA* quibusdam q. e. d. §. XXXVII. Hoc enim pacto felicitas hominum facilius impetrata est: quippe ii, quos nullum *περόσνομμα* insigne laeserat, eo *promptius* deinde ad *CHRISTVM* *accedebant*; praecox autem & minus circumspecta *nobilioris* veritatis reuelatio fecisset, ut error, *eam falsam esse*, tam firmatum locum in animis cepisset, ut euelli ex iis deinceps vel *plane nunquam*, vel *aegerrime* potuisset; ut filii, paternorum sensorum heredes, iactassent: falsitatem *mirabilis illius sciti* inter suos continuo & prorsus *constitisse* b); ut numerus eorum, qui eundem hostilem animum in *JESVM* induerent, durante religionis Christianae *infantia*, nimis augesceret.

a) Conf. §. LIII. d.

b) Huc accommoda verba *CLERICI in Parrh. T. II, pag. 20. On faisoit beaucoup valoir l'antiquité &c.*

§. LXII.

Si uniuersalis & promiscua publicatio miraculosae conceptionis Christi ante id tempus, quo doctrinarum de
Chri-

Christo omnium complexus palam docebatur, *finibus Dei IMPEDIMENTO MAGIS a) fuit, quam auxilio: publicatio talis eo tempore permitti non debuit.* b) Prius tam diu propter §. LIII-LX. pro vero habere licet, donec eorum, quae proposuimus, vanitas demonstraretur. In illo enim nascentis novae oeconomiae diluculo, in illa caligine earum veritatum, ad pervidendum nexum, *cur Christus ἀπαύτως sit, requisitarum; in illis praeiudicatarum opinionum nebulis, mentis aciem praestringentibus, plurimi e doctrina: Jesus non nisi DEO patre usus est, SCANDALVM accepissent, contumeliosque eam essent prosequuti.* Criminando autem sanctissimis Jesu natalibus detrahentes, partim, *SIBI magnam peccati culpam consciuissent, partim, ALIOS multos vel a Christo avertissent ei se dedituros, vel ad pristinas sordes retraxissent ei iam cupientes; adeoque etiam in hos obligationem ad poenam deriuassent, suam vero aggravassent, detestabiles causae aliorum non minus, quam suae aeternae infelicitatis §. XXXII.* Nec igitur publicatio istius miraculi fecisset in istis hominibus ad maiorem cognitionem summarum Dei perfectionum; nec ad bonam eorum determinationem ex incitamentis, quibus praestandis id Θεῶν huius miraculi utique aptum est; nec proinde ad illustrationem gloriae divinae; sed ad obscuracionem eius, quae fit per actiones liberas, piis oppositas, & ad laetissimum euangelii flosculum vel exstinguendum, vel male afficiendum saltem & opprimendum. *Quidquid vero tendit ad extollendam Dei & Christi monarchiam, contra perduelliones, & contra Servatoris contemptum, id est iuris diuini publici.* c)

a) Non teneor, praestare relationis damni & commodi gradus; modo constet, incommodi plus propullulaturum fuisse e manifestatione natiuitatis & τοχῆος, quam commodi. Hoc ipsum autem causae;

L 3

ex

- ex illorum temporum facie depromptae §. 64. f. persuaserint; quamdiu, contrariam sententiam nullis aequè stabilibus suffulciri, non intelligo.
- b) Recordemur, Paulum, rectissime edoctum, praecipere, quod *omit-tenda* sit actio vel bona, si, *confectaria* eius mala fore, vides. Obiicientibus enim: *πάντα μοι ἔξῃσι*, respondet, *ἀλλ' ἔ πάντα συμφέρα, ἔ πάντα δινοδομα* 1. Cor. VI, 12. C. X, 23. Perinde Deus rationes obiectivas spectat.
- c) Sunt verba Ven. J. TH. CANZII, solidioris doctrinae viri, quam cui laudis quidquam a nobis tribui possit, in *Ciuit. Dei* p. 329.

§. LXIII.

Consequentia nititur *partim* SAPIENTIA Dei, quae fines optimos constituit, iisque *media* optima, adeoque completa & *fini optimo adaequata* attemperat; *partim* infinita Dei SANCTITATE, qua *bonum vult, eligit ac peragit*, atque IUSTITIA, qua *bonum rectumue a ciuibus suis amari, eligi, ac peragi*, serio cupit; *partim* BENIGNITATE a) seu AMORE. Si enim Deus infinite *delectatur perfectionibus*, earumque praesentiam *vult, praestat, conseruat, ac promouet*: necesse est, eum gaudere intensissimo studio, *imperfectiones a quouis*, quantum per sapientiam licet, remouendi; ac proinde *peccata* cuiusuis, (quae imperfectiones sunt, & tristia *confectaria* habent, supplicia) quantum fas est, *impediendi*. Hinc, si Deus potuit, saluis excellentissimis virtutibus, salua hominum libertate, dissimulando *miraculum natiuitatis Jesu*, & sub figura coniugii Iosepho-Mariani, scandalum acceptum cauere: cauit id, seu cauit *publicationem* miraculi, *actionem alioquin bonam, pietatem multorum impediendam*.

§. LXIII.

Re vera (1) RESERVATAM esse publicam doctrinam de eo, quod *Jesus patre humano careat*, in illud tempus, quo Deus decreuerat, sublato quasi velo, vberriam caele-

eaelestium veritatum lucem orbi concedere, minime autem post natum Jesum statim decantatam esse, apparere potest: partim ex §. XXXXVIII - LVIII; seu ex *invilitate* publicationis, immo *damno* maiori, rei sacrae inde accessuro, collata *sapientia & bonitate* diuina, quae rationes *obiectiuas* sequitur & *malum minus*, ex occultatione forte oriturum, *maiori praefert*. Factum tamen vt eua-
dat *probabilius*, accedat argumentatio, petita TAM a *simili ad simile*, nempe a maxima Christi, quum in terris versaretur, *demissione*; QUAM a *natura miraculi ipsius*; ITEM-
que a *genealogia Christi* Matth. I, §. V. & *Mariae purificatione* §. XV.

§. LXV.

Primum argumentum det maxima CHRISTI DEMISSIO, quum in terris versaretur, quae cognoscitur: 1) ex *MISERIS vitae rationibus*, §. LXVI. 2) *e studiosa ALIARVM veritatum grauissimarum OCCULTATIONE*, §. LXVII.

§. LXVI.

Si Christus in statu exinanitionis non solum homo fuit, verum etiam homo *χῆματι* Phil. II, 8. h. e. in *determinationibus hominis minus essentialibus*, immo vero, si *MISERRIMIS vitae rationibus usus est*; Ef. LII, 13. C. LIII, 3. Matth. XI, 6. I. Cor. I, 23; probabile est, eum per eandem *MODESTIAM noluisse*, vt ortus sui *gloriosa ratio statim inter omnes enarraretur*, sed expectasse *horam suam*, ac passum esse aliquamdiu, quod multi hominum crederent, se *eo modo, quo homines oriuntur*, prognatum esse. Cogitemus, vt *antecedens planum fiat*, quod Jesus potuisset *verus homo esse*, etiamsi eosdem *modos & accidentales relationes nobiscum communes non habuisset*; si v. c. *virili statura*, vt *ADAMVS*, mundum intrasset.
Sed

Sed nouimus, eum ex insigni ταπειφροσύνη, & studio, posteris Adami se *similiorem* praeſtandi 1) *matre* vſum eſſe; 2) *ſucceſſiua virum acceſſione* Luc. II, 5. 21. 24. Gal. V, 3. eodemque, quo homines vtuntur, *cibi potuſque* genere; ſponte etiam hunc ἀναμάρτητον ſuſcepſiſſe 3) *infirmi- tates* & peccato ortas, a) ab eodem tamen ſeparabiles Hebr. III, 15. Cogitemus *matris paupertatem* §. V. p. 12; *loci*, quo naſci placuit, *ignobilitatem*; (fuit enim Bethle- hem non admodum celebre, Mich. V, 1. nec editus eſt in palatio regio, ſed in *antrum* b), quod antea *ſtabulo* inſerui- rat, concedere iuſſa ſunt tenella ſeruatoris membra a coeco & ingrato populo); *Adoleſcentiae eius obſcuritatem*; quip- pe ante annum, quo munus propheticum auſpicabatur, *inclareſcere noluit*, ne ſenſim ſenſimque aſſeclas ſibi col- ligere, ac ſeditionem moliri videretur. Meditemur in- tegram eius vitam, miſere tranſactam, *diriffimas vexa- tiones*, quibus excruciatuſ eſt; dilacerationem corpo- ris, virgis caeſi Matth. XXVI, & denique *atrociffimum ac infame* (ex diuino humanoque iudicio) *ſupplicium*, quo af- fectus eſt, vnacum latronibus ſociis, ac ſepulturam eius. Mirari itaque & negare deſinamus, eum *naſcendi pa- elum*, ipſi *honorifficentiſſimum*, ſilentii ſipario aliquam- diu *texiſſe*; & licet non omnis notitia eius defuerit, *co- pioſiorem* tamen eo tempore non conceſſam eſſe, quo veritates, quibuſcum haec arctiſſime cohaeret, a pluri- mis ignorabantur & reſpuebantur, credamus.

a) Tales ſunt *eſurire* Matth. III, 2. *ſitire* Jo. III, 6. C. XVIII, 28. *de- fatigari*, Matth. VIII, 24. Jo. III, 6. *algere* Jo. X, 23. *dolere* Matth. XXV, 37. Luc. XVIII, 41. Jo. XI, 33.

b) Teſtantur, ſe id vidiffe, JUSTINVS Martyr, ORIGENES, HIERO- NYMVS, & EVSEBIVS.

§. LXVII.

§. LXVII.

Si Christum in statu imae *κενώσεως* suae videmus voluisse, vt plurimae GRAVISSIMAE, ad personam suam spectantes, VERITATES PREMERENTVR, & alio demum tempore in publicum proferrentur: a vero non admodum abhorret, eum, per eandem submissionem meritoriam, etiam *miraculosam originem suam aliquantisper occultasse*; h. e. permisisse, vt desides ac negligentes veri eam non statim comperirent; nec ipsum impiae multitudini, quae eum genuini Josephi filii loco censebat, clarissimis & publicis verbis augustissimam natiuitatis suae rationem inculcasse. Antecedentis fundamentum sustinent multa exempla in historia vitae Christi, e quibus nunc quaedam commemorasse, satis fit. α) IUDAEI, auditores Christi, conqueruntur, eum non satis euidenter profiteri: *se Messiam esse*. Jo. X, 24. ἐκύκλωσαν ἔν' αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἔλεγον αὐτῷ. Ἔως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἰρείεις; εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, εἰπέ ἡμῖν παρησιῶ: *cinxerunt eum Iudaei, & dixerunt ei; quousque ANIMAM NOSTRAM IN DVBIO RELINQVIS*. H. e. quod nondum de te certiores sumus, id tibi totum tribuimus, vtpote qui adhuc impropriis semper, nunquam propriis, a) verbis de te vsus es. β) IPSE CHRISTVS vetuit discipulis suis, ne promulgarent: IPSVM ESSE MESSIAM, quae veritas tamen *grauissimi momenti, & ratio fuit, cur tot miracula edebat*. Matth. XVI, 20. Διεπέλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτῶ, ἵνα μηδὲν εἰπωσιν, ὅτι αὐτὸς ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς. Prohibuit Lucas causam adjecit C. VIII, 22. ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν &c. *quia oportet filium hominis (me in humili conditione constitutum) multa perpeti, & plura Messiae criteria implere, antequam veritas, me Messiam esse, in rudium & pertinacium animos influere, atque contradictionibus*

M iniuriis

iniuriis superior euadere queat. Ecce igitur! vt veritatem, quae reliquarum omnium caput est, silentio obuoluat, ac referuet in tempus publicationi commodius, id nempe, quod *reditus* ipfius ex inferis *in vitam*, vniuerforumque *vaticiniorum concentus* erat nobilitaturus. Quin igitur hanc, *de ortu* supernaturali, in obscuro liquerit? IDEM sapientissimus temporum arbiter Matth. XVII, 9. Luc. VIII, 21. γ) *mandat* trifolio nobili: μηδενι εἰπυτε τὸ ὄραμα, ἕως ἢ ὁ υἱὸς τῆ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῆ, *nemini dicite visionem* maxime notabilem, & vt videri posset obiter rem meditati, multos ad fidem in Christum perducturam; hoc adiuncto, attentu dignissimo, monito: VSQVE DVM *filius hominis*, qui jam est ἐν μορφῇ δόξης, *e mortuis RESVRREXERIT*. Idem δ) *saepissime* se vocat *FILIVM HOMINIS*. Videmus ergo certis gradibus atque vestigiis veritatum solem in medium quasi caelum conscendisse, atque tum *successive* solere Deum praeiudicatas opiniones eneruare & conficere; tum *sapientissimo ordine*, adeo vt ea prius fieri iubeat, quibus sequentia firmamentum debent; serius autem manifestet eas veritates, quae ab aliis prauiis stipari & propugnari oportet. Pariter publicationem *productionis humanae Christi naturae per Spiritum sanctum* reiectam esse in temporis articulum, doctrinarum caelestium explanationi apertae *opportuniorem*, quid est, quod nolimus arbitrari?

- a) Visum esse Jesu, sapientissimo eidemque innocentissimo doctore, vt quaedam veritates quibusdam in tempus subobscurae essent, apparet ex eo, quod *parabolarum* inuolucro in tradendis doctrinis interdum vsus est. SALOM. VAN TIL, *in der Erklärung des Evang. Matthaei*. Leipz. 1705. p. 519: Die parabeln erklären denen, die geübte Sinne des Verstandes der Worte Gottes haben, den Rabt und Willen Gottes; VERDECKEN ihn aber auch mäßiglich für den Trägen, und für allen denen, so mit Vorurtheilen beschweret sind.

§. LXVIII.

§. LXVIII.

Alterum argumentum, itidem *topicum* (*nec apodicticum*), partim *ex INDOLE*, partim *ex SCOPO* huius miraculi petitum est. Si (N) *FINIS*, ob quem hoc miraculum exstitit, *proxime NON* fuit *CONVICATIO hominum de DIVINITATE* Iesu, ad quam probandam cetera prodigia collimarunt, sed *IMMUNITAS ipsius NATI, Iesu*, a *PECCATI ORIGINALIS INQVINAMENTO*, quod omnes, per *naturalem* propagationem oriundos, deformat: publicatio huius *supernaturalis ortus Iesu* non statim, postquam euenerat hic, necessaria fuit. *A. E.* Si (C) hoc miraculum eiusmodi est, ut *nec in conspectu omnium fieri, nec* indubitatissimis argumentis *DEMONSTRARI* veritas eius potuerit §. LI.: prudentiae fuit, hoc miraculum non admodum urgere iis temporibus, quibus illud nondum aliunde, e nexu nempe omnium doctrinarum de Iesu, demonstrabatur, & maxime probabile emergebat. Substrauit enim Christus toti religioni Christianae hoc ratiocinium: *Qui miraculis, soli Deo possibilibus, suam confirmat doctrinam, cum pietate coniunctam, & legi naturae consentaneam, is est a DEO.* In minori igitur facinora ostendenda erant, quorum 1) *veritas facti* indubitata esset, & suspicionem *voſeias* & circulatorii glaucomatis facile respueret; 2) de quibus appareret, quod *soli Deo* *possibilia sint*. Licet hinc ita statuere: *Miraculum, quo natura Christi humana exstitit, AUT publicandum, AUT dissimulandum fuit.* Si publicandum: *VEL idonea probatione ordinaria, VEL nouo miraculo* tutum a calumniis praestari, & aptum ad piam commotionem reddi debuit. Jam *idonea probatio tunc non licuit* (per hunc §. & §. LI.); *miraculum autem nouum* in illius confirmationem *non per-*

misi sapientia Dei, miracula non temere multiplicantis, sed tunc demum ea admittentis, quando, per viam ordinariam scopum adsequi, nullo modo licet; (sed licuit eum suo tempore adsequi, differendo publicationem in meliora tempora, quibus vna doctrina sublimior alteri mutuum praesidium erat praestitura, & quibus per magnam illam veritatem: Jesus est redemptor humani generis, in luce positam, etiam haec: Jesus vulgari nascendi lege non ortus est, in vado futura erat.) Itaque non publicatum est; sed dissimulatum aliquantisper, & ex parte conceptionis Jesus miraculum: h. e. via ordinaria minus ordinariae praehabita est.

§. LXVIII.

Fallor? an conditionis, qua Jesus ortus est, *occultatio*, (a voluntate Dei *consequente*) *re vera permessa*, colligi etiam potest: I.) ex eo, quod *genealogia IESV*, quam Matthaeus a Synedrio vel e templo mutuatus, a) descripsit, *stemma* non Mariae, sed *Josephi* continuit. Matth. I, 1-17. adeo ut opus fuerit, eam a scriptore sacro veritati attemperari §. V. p. 12. 1) *reclinando*, & *digrediendo a Josephe ad Mariam* v. 16. 2) *diserte allegando vaticinium* illud, quod, patre cariturum esse humano Messiam, prodiderat v. 22, 23. II) Ex eo, quod Maria, (quae quidem, tamquam a) *peccati non expers*, sacrificiis aliis utique indigebat, ut in gratiam cum Deo rediret, & b) tamquam *ciuis reip. Judaicae* seu tamquam *semen Abrahami*, lege caerimoniali ad sacrificia offerenda utique obligabatur) quod haec inquam purificatione *EX PVERPERIO* praecise vsa est §. XV. Fecit id, ut in Jesu omnia, quae lex postulat, implerentur; forte & ex demissione animi, ne partu Messiae insolentior facta, & antequam synagogae Judaicae exsequiae pararentur, legum vinculis solvere se, videretur

tur

tur; itemque e prudentiae & amoris plena συγκαταβάσει, ne offenderet imperitorum animos; praevidens, adversarios, veluti tuba excitatos, contra ipsam advolaturos & in Jesum irruturos esse. III) Ex absentia conuiciorum §. LIIII-LVIII. III) E §. XI. XII. XXVI. & XXVII; seu locis, in quibus Jesus *filius* Josephi *patris* nominatur.

a) Respice §. V. a) & b. REINBECKII *Betr. über die A. C. III. Th. Betr.* 39. p. 232,

§. LXX.

Egimus de miraculi, quo conceptio Jesu radiat, OCCULTATIONE §. XLIII-LXX. Addendum est, ne, male intellecti, male iudicemur: eam tamen non nisi (A) TEMPORARIAM §. LXXI. (B) PARTICVLAREM, qua *subiecta cognoscentia*, exstitisse §. LXXII.

§. LXXI.

Simul atque CAUSSAE, ob quas dissimulatione sublimioris veritatis: *Mariam e Spiritu sancto concepisse*, opus fuit, (nempe maior *sterilitas* §. XXXV-III. LIIII. atque maius *incommodum* publicationis, §. LV-LXIII. & *status κενώσεως* Christi §. LXV. LXVII.) cessarunt, HOC EST, *non amplius exstiterunt: cessauerit etiam EFFECTVS, in fieri constitutus, a) dissimulatio miraculi, necesse est b). Minoris veritas, nimirum cessauisse istas causas, negari a nullo potest. Siquidem certo certius est: ex eo tempore, quo plura miracula, ad munus Christi mediatorium demonstrandum, concurrebant; quo deprehensa maior vaticiniorum consensio, hunc esse Messiam, comprobabat; quo CHRISTVS resurrectione sua & adscensione in caelum, euentibus in entium contingentium vi minime fundatis, sed maxime admirandis, diuinitatem suam confirmauerat, & inuictis his argumentis plurimos hominum errores gradu*

M 3

de-

deiecerat; quo *uniuersae veritates, ad CHRISTVM relatae, publice docebantur*, ex hoc, inquam, tempore MAIOREM esse coepisse hominum FACULTATEM seu perspicaciae gradum & RECEPTIVITATEM, quam antea fuerat, & plurima, quae, tamquam firmissima, modo ostentabant aduersarii, in enerues mutatas esse obiectiunculas. Quotus enim quisque conuictus est, IESVM pro peccatis nostris satisfacere debuisse, is libentissime largitus est, eum a peccato, quod naturalis procreationis comes est, (Rom. V, 12. Pl. Ll, 7.) immunem esse debuisse, qua inhaesionem operatiuam, (non qua imputationem) L. Pet. I, 19. Ebr. VII, 26. C. III, 15. I. Cor. V, 21.) Hinc facilius concessit, *Jesum vsitata propagationis via non prognatum esse*. Hoc igitur tempore, quum praesidiis sufficientibus haec veritas firmata esset, liquet, licuisse, saluo bono publico, liberius prorsus *nouam & eximiam sortem*, qua Christus ortus fuerat, pronuntiare, immo eam in illustrationem ceterarum, iam agnitarum, veritatum, & corroboracionem veritatis decumanae: quod *Jesus generis humani redemptor ac saluator sit*, cessisse egregiam. Adeoque BONITATEM diuinam, quia nunc non amplius tanta animorum infirmitate & praeuiso, inde orituro, *damno* impediatur, libentissime tam nobilis veritatis agnitionem omnibus commendasse.

- a) Subnexuimus hoc additamentum, vt sophismatibus aditum obstrueremus, quae neq̄ti possent ex axioma philosophiae primae: *cessante causa cessat effectus* v. c. cessante patre (causa) cessat filius (effectus.) Illo enim axioma nititur ratiocinium in §vo.
- b) Quod veritatum PERIODICA OBSCURITAS omnis *non absolute iniusta*, nec Deo indignum sit, vberiore huius illiusue rei *declarationem*, vsque dum maior opportunitas existat, *morari*, patet TVM a priori §. XLVI; TVM a posteriori, e praxi diuina, seu *exemplis successivae reuelationis*, in pagina sacra obuiis, tamquam *actionibus Dei*, quae rationem indubiae conuictionis *de eo, quod iustum est*, continent.

nent. §. LXVII. Promissio ἐνσάρκωσης filii Dei facta est per *decem* gradus vberioris declarationis. (Vid. JOACH. LANGII ven. praecceptoris nostri *Oecon. Salut. Dogm.* p. 68. seq. WILLIAM CAVE *Antiqu. Apostol.* p. m. I. 2. 160.) Immo *tota oeconomia gratiae* in veteri testamento, quae ab oeconomia noua, vt nox sublustris a lucidissimo die, in meridie, differt, foret reprehendenda; *nec paroemiis* vti (Marc. III, 34) debuisset Christus, si nefas esset, hanc illamue veritatem paulisper premere, & *gradatim* cognitionem, tam *extensivae*, quam *intensivae* clariorem, hominibus concedere.

Sunt profecto διακρίσεις χαρισμάτων I. Cor. XII, 4. non solum ratione singularum *personarum*, verum etiam *temporum integrorum*. Rationem collige ex Jo. XV, 12. ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' ἔδύναδε ἑσθάζειν. *Præterea multa habeo*, (in mente) *vobis dicenda* de perperfectionibus meis, (eaque vtique olim vobis innotescunt,) *sed non potestis ferre* NVNC. Existimare hinc licet; *multa*, quibus piaë animae, in obscuris progerminantis ecclesiae temporibus, minus recte, minusque opportune fuissent vsae, *tantisper obtegere solere* Deum, *suis tandem temporibus* emeritura. Joan. XVI, 4. 25. dicit Christus: τὰυτα δε ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ εἶπον. En igitur temporariae occultationis exemplum! Confer. I. Cor. III, 2. cum Matth. XXV, 29. Immo ne in regno naturae quidem omnia eodem tempore patefiunt. Vñus magnetis ante inuentam acum magneticam an constitit?

Regeris contra hunc §.: Ortum Jesu tam *excellentem & prodigiosum*, si STATIM innotuisset hominibus, *impulsurum fuisse* interea *multos*, *vt Jesum pro Messia haberent*.

RESP. Fere eadem pag. 78. iam repulimus. 1) *Quamdiu rationibus non fulcitur* coniectura, e facie illorum temporum petitis, ea languet. Quis enim definiuerit, nauisne quaedam *consistere* potuerit, an *naufragii* periculo proxima fuerit: nisi cogitet, *num mare tranquillum, an seditiosum* fuerit?

2) *Judicas e horizonte* ΤΥΟ; quasi vero, qui ante septem & decem saecula vixerunt, in *eodem tuo* constituti fuissent. Nos quidem, *viso* in Jesu eorum *uniuersorum*, quae de Messia & praefigurata & praedicta erant, *complemento*, eum facile tamquam Messiam agnoscimus; nos, Christo, DEO, nomen iam professi, & veritates omnes, quas litterae, merito pro diuinis a nobis habitae, de Christo pandunt, amplexi, mansuefacti sumus, ad ea *CREDENDA*, quae nec oculis subiici, nec animis concipi penitus possunt. Dispar ratio fuit hominum istius aetatis, maximam partem rebellium, & hebetioribus oculis ea, quae nos magis lynceis cernimus, intuentium. *Illis quid noxium, quid utile* futurum fuisset, & *quotis* quid utile fuisset, qui diiudicare sustinet,

net,

net, proripere animum debet in illam priscam aetatem, & suae obli-
visci. Recordare igitur, quaeso, tritum axioma: *tempora DIVERSA esse*
DISTINGVENDA, nec a NOSTRIS ad PRAETERITA uniuersalem valere
consequentiam. An enim ex eo, quod sol meridianus nunc tam il-
lustris est, sequitur, exorientem hodie mane peraeque splenduisse?
An ex agro, infrugiferis loliis obsito, easdem fruges, quas nunc e cul-
tiori speras, metere potuisses? Qui *e sui temporis rationibus* meti-
tur *rationes OMNIUM praeteritorum temporum*, aequè ridiculus vi-
detur, ac pictor ille saeculi XVI, qui *CVSTODIAM PARADISI* Gen.
III, 24 repraesentaturus, delineauit *muros & valla*, paradisum cin-
gentia, iisque imposuit terrorem *tormentorum*, & militum, *sclopeto*
gestantium; & qui *JACOBVM* patriarcham, a *monachis* inter *cam-*
panarum, quae pendulae conspiciuntur, sonitus, sepultum exhibuit.
Vide Biblia Noribergae A. 1583., in folio, typis descripta ANTO-
NII KOBVRGERI. *Particularem concedo consequentiam*, si an-
tea demonstratum est, *existu superiorum temporum eandem* cum ea
fuisse, quae nostro aeuo effectum producit.

3. E *conditione illorum temporum* communi (§ XXXXXIII-LIII.
illustrata) suspicio iustior est, hoc mysterium *PLVRIVM* animos turba-
turum, quam dispositurum fuisse ad obedientiam fidei. *Ignorantia*
criteriorum Messiae § XLVIII. & SPIRITVS SANCTI, tertii suppo-
siti in SS. Trinitate, cui productio humanitatis Jesu *appropriatiue*
conuenit, & *erroribus* (ac tamen zelo) laborabant plurimi, a Christo
demum dispelleadis. Vsque ad annum aetatis tuae *trigesimum* ob-
scurior Jesus, certe magno in numero nondum, fuit: (§ 35).
Durante eius infantia ac pueritia, *pauca vaticiniorum* Messianorum
erant exitu comprobante *resignata*; pauciora saltem, quam, quae
sufficerent ad contumacia ingenia flectenda, & rigentes in falsis
persuasionibus animos conuincendos, *hunc Jesulum esse Mes-*
siam. *Non solet Deus* in reuelatione sua *saltum* illegitimum admit-
tere, & *ab extremis* ad extrema, non peragratis intermediis, *tran-*
sire. Amat *gradus*, non *saltus praecipites*; an ergo *ortum Jesu Chri-*
sti supernaturalem, h. e. *veritatem multorum nexuum*, eo tempore
promiscue & in *primis* publicasset, quo vaticinia de Christo non-
dum omnia impleta erant, nec plene intelligi poterant? Quaeramus
Paulum; cur Deus filium suum continuo post primam legis violatio-
nem non miserit? Respondebit Gal. III, I. *INFANTI ERAT & mi-*
norenni SIMILIS PRISCA VET. TEST. GENS, quae ad tantam lu-
cem, quanta *Seruatore aduentate expectanda erat*, oculis subito fe-
rendam, *apta nondum erat.* Haec etiam nostrae liti applicare licet.
Lente moueri debent coecutientes.

§. LXXII.

§. LXXII.

Si, vel ante factum per apostolos euangelii praeco-
nium, in aliquibus hominibus CAUSSAE istae (§. XXXXVIII-
LIII.) DEFVERVNT, ob quas hypothetice necessaria fuit
narrationis miraculosi facti, de quo agimus, omisso: ALI-
QVIBVS a) id iam tunc apertius expositum est. Consequentia fir-
matur canone ontologico, §. LXXI. n. a) adducto; siquidem
TAM sapientia DEI agit ex obiectivis rationibus, & semper
spectat, quid valeant humeri mortalium, quid ferre re-
cusent, (Jo. XVI, 12.), QVAM bonitas eiusdem libenter lar-
gitur, quae vere ac maxime conducunt ad processus in
fide faciendos. Antecedens a PRIORI probabile reddi-
tur eo, quod, si prorsus neminem rem altius vestigasse ac
pia mente praeditum fuisse statueremus, non minus ini-
qui in genus humanum, immo Deum ipsum foremus,
quam Elias, qui ad vnum omnes genua sua Baali incur-
uasse opinabatur 1. Reg. X, 12; quippe vera ecclesia, tam-
quam columna & repositorium veritatis 1. Tim. III, 15.
prorsus deficit numquam Es. LV, 3. Hac igitur, quae
nos decet, a) aequitate in iudicando etiam consequens pro-
babile euadit. Idem hoc vero a POSTERIORI confir-
matur β) eo, quod vestigia, tunc non prorsus intermissae,
significationis: *Jesum patre humano carere*, in sacris litte-
ris habemus. Nam Luc. II, 49 Jesus profitetur, se, qua
humanitatem, non IOSEPHO patre, sed eo patre vsum
esse, cui verbum reuelatum debetur, & in cuius hono-
rem eius explicatio, inculcatio, & applicatio cederet, h. e.
patre DIVINO §. XII. n. c). Caeleste oraculum Matth. III, 17:
ἐτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. *hic est ille* (essen-
tialis) *filius meus*, *ille* (affectu eminentissimo) *dilectus* (C.
XVIII, 5. Luc. VIII, 35.) & verba Christi Joan. VI, 38:

N

ὅτι

ὅτι κατὰ βέβαιον ἐκ τῆς ἐρανῆς, *descendi e caelo*, propius quidem spectant *diuinitatem* Christi: pronum tamen fuit, ut homines, attentiores ad recessus & pondera horum eloquiorum, ex iis, & aliis Christi sermonibus, etiam *ortum naturae eius humanae immediatam a Deo* suspicarentur. Nec est dubium, quin optimus magister, Jesus, cunctis, sensum verborum altius vestigantibus, *clauem verae interpretationis tradiderit*, atque amicis suis figillatim explanauerit: *se sine viri ope exstitisse, & existere debuisse*. Denique γ) dirigo te, pie lector! ad quosuis, qui Jesum vera fide, tamquam Messiam, agnouerunt, v. c. ad SIMEONEM, qui Luc. II, 25. eum vocat σωτήριον Dei, quod ἠτοίμασε parauerit Deus; HANNAM Luc. II, 38; PETRUM, disertissimis verbis fatentem Matth. XVI, 16: σὺ εἶ ὁ Χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ζῶντος, *tu es Messias, filius Dei uiuentis*, ceterorumque XI. *discipulorum Christi*: Joan. VI, 99. testimonium; ELISABETHAM, ZACHARIAM, IOANNEM Baptistam, ad ὄχλον μαθητῶν αὐτῆς, Luc. VI, 12. quos μακαρίζεις proclamat Matth. V, 3-10, ne quid dicam de MARIA Christipara Luc. I, 34. 35. de IOSEPHO, diuina sorte erudito Matth. I, 20. Hi enim, *excusso* deprauatorum iudiciorum puluere, in sanctae huius veritatis notitiam admissi sunt, & admitterunt omni dubio procul alios, b) παρακλήσιν τῆς Ἰσραήλ expectantes, atque sancta prudentia instructos.

a) Non iniustum esse, quod non proflus *eadem ratione* cum omnibus DEVS agat, docet.

1) NON EADEM, sed *diuersa hominum conditio* §. XXXXVI.

2) probat CHRISTVS αα) *praecipitis* Matth. VII, 6 μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κύνι, μηδέ ἐβάλητε τὰς μαργαρίτας ὑμῶν ἐμπροσθεν τῶν χοίρων Cap. XXV, 29 τῶ ἔχοντι πάντα δοθήσεται καὶ περισσευθήσεται, ἀπὸ δὲ τῆ μη ἔχοντες, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ αὐτῆ. C. XIII, 12. Qui igitur *habebant* eum animi cultum, ut calculos de nuntio, *vigrinem perperisse*, recte posituri essent, iis largior *dabatur* eius scientia; quemadmodum *nuptiali veste induti* admittuntur; *desituti*, reijciuntur Matth. XXII,

12. 13.

12. 13. Conf. SALOM. VAN TIL. in der Erklärung des Evang. Matthaei p. m. 518 & 519. Jedes Regiment hat seine eigene geheime Sachen, welche den Feinden zu wissen keines weges gebühret; sintemal sie darnach schlechterdings ihre Mesures, dem Lauf des Königreichs Christi entgegen zu geben, nehmen würden. Probat ββ)

Actiōibus suis CHRISTVS, qui, licet aequissimus & benignissimus, tamen α) non vno modo omnes, sed aliter hos, aliter illos instituit Marc. III, 33. ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον, καθὼς ἠδύναντο ἀκείν, loquebatur iis verbum, quemadmodum poterant audire, β) qui Petrum, Jacobum, & Joannem reliquis discipulis suis Matth. XVII, 1. praetulit; qui γ) non omnibus, nec Pilato, nec Senatui Hierosolymitano, apparitione gratiae, conspiciendum, post resurrectionem, se praebuit, sed ALIQUIBUS tantum, dignioribus. Ut alia exempla tacitus praeteream.

3) Significant apostoli, v. c. PAVLVS, qui aliis lac, aliis robustiorem cibum impertiuit I. Cor. III, 2; qui Tito circumcisionem denegat, quam Timotheo permittit Act. XVI, 3; rationem habens diuersi eorum status interni, diuersorumque, quae exsitura erant, consuetudinum. Vidit nempe, circumcisionem Tito (quia ex opinione, quasi ea ad salutem omnino necessaria esset, postulabatur) perniciosam, Timotheo autem innoxiam, immo vtilem fore, recepturo eam, vt rem indifferenter, & cauturam, ne Iudaei, offensi, societatem eius atque praeconium auersarentur.

At DIXERIS:

N) E benignitate Dei sequi potius, quod Deus notitiam huius miraculi nemini subtrahere studuerit. Si enim opera Dei nosse, perfectio est: bonus Deus hoc singulare opus nemini subtraxit.

RESP. α) Maior misera ambiguitate laborat, & falsa est, si ita intelligitur: Qualiscumque cognitio (γνώσις) operum Dei, in quocumque animo, est perfectio. Refragatur Matth. VI, 7. Marc. III, 33. 34. 2. Pet. II, 21. Vera est, si cognitio cum ADSENSV salutari inuinitur. Concedimusque subsumtionem, hoc modo instrui si posset: Atqui cognitio huius operis Dei in omnibus hominibus saluifica (ἐπιγνώσις) futura fuit; Ergo talis cognitio in omnibus perfectio fuit; Hinc a Deo non impedienda. Ita quidem totum argumentum concessimus iam §. XXXVIII. Terminus, subtraxit, de DEO adhibitus, inconueniens est. Deus enim permisit tantum entibus logico-moralibus, vt iudicarent, quomodocumque placeret. Homines ipsi sibi negligentia subtraxerunt huius diuini operis notitiam. §. 42.

β) sanctitati Dei repugnare adsertionem nostram. Nam si ignorantia est negatio seu imperfectio: sequeretur Deum, qui ignorationem miraculi voluit, voluisse imperfectionem.

N 2

RESP.

RESP. Potest sano sensu concedi totum argumentum. Nam in collisione regularum perfectionis potest DEVS velle neglectiorem perfectionis simplicis, seu imperfectionem in PARTE, si haec partialis imperfectio ad *maiores perfectionem* TOTIVS facere potest. *Bonum maius*, h. e. quod maiorem supplet defectum, *minori*, quod minorem, *anteponendum est*. per Metaph. Atqui *notitia miraculi* futura erat *bonum minus*, cuius vis 1) in plurimis in cassum expirasset, 2) fecissetque in initiis religionis Christianae, vt ligatas pridem manus deinde nequicquam fere expedire contendissent eius defensores. *Servat enim odorem, quo recens imbuta est*, testa, DIV. (p. 99 N)

- b) Narrat in SVIDA sub tit. Ἰησῆς p. 1229 Theodosius Judaeus Philippo ἀρχυποπότην: Mariam, solemniter ac serio INTERROGATAM de origine Jesu, veritatem rei factae HAVDQVAQVAM dissimulasse. Sed nimis a meo ablueret instituto, in totam, a Suida expositam, historiam critica falce inquirere.

VRGES vero: Si aliqui Judaeorum ortus Jesu supernaturalis *conscii erant*: is facile *cunctis* innotuit; adeoque notitia eius *particularis* facile transit in *uniuersalem*; hinc non satis *causae est*, cur PARTICULARIS per tempus aliquod in hoc § asseratur.

RESP. Absolute ἀδύνατον non fuit, vt illud, quod aliqui tenebant, omnes rescirent, ante tempus proclamationi destinatum; sed tamen *hypothetice*, si cogitauerimus:

- 1) homines, praeclarae veritatis *conscios*, fuisse PIOS. Si enim coniunctos cum Deo & vera ANIMI DEMISSIO & PRVDENTIA adeo ornat, vt libertatem sentiendi minime vertant in libertatem loquendi, nec omnia omnibus renarrent, sed *videant, cui fidant*: nullum dubium est, Mariam, Josephum, Elifabetham, Zachariam, ceterosque θεοσεβείς non incaute obuiio cuique pectus suum reclusisse, sed *bonis* ac PIIS tantum, quatenus natiuitatis Jesu conditio sit, *ultra aperuisse*; hos vero rem, suae concreditam conscientiae, paucissimis ac selectissimis, sibi satis exploratis, tradidisse. Atqui verum est prius: imitatores DEI facundos esse virtute, non morbo, atque *tacendi loquendique tempora probe distinguere* Matth. VII, 6. C. X, 16. Cohel. III, 7. Sciunt, pertinere ad officia, qua sermonem obseruanda: *dass man andern so viel Nachricht erteile, als zur möglichsten Beförderung ihrer Wohlfahrt dienlich ist, oder, dieselben zu fassen und nützlich zu gebrauchen fähig; dass man sich in die FÄHIGKEIT und BEGRIFFE, auch GANZE INNERE GEMÜTS-BESCHAFFENHEIT ANDERER BEQVEME, so wol die SCHRANKEN der ihnen zu erteilenden Nachricht, als auch die MITTEL da-*

zu daraus herleite. Vid. I. S. BAUMGARTEN *Theol. Moral.* §. 143. pag. 311. 312. 113. Ergo potuit notitia istius rei manere *particularis*, usque ad illud tempus, quo DEVS ipse, per emissos praecones, eam vertere in *publicam* instituit.

- 2) Nec instare licet: *officii piorum fuisse, cuique communicare eximiam veritatem* a se creditam: humanam Jesu naturam a TRINIVNO DEO, ac, terminatiue, a Spiritu sancto esse productam. NAM quum pii perspexerint, consilium diuinum ita ferre, vt homines, tunc viuentes, diuinam Christi originem magis ex admirabili IPSIVS doctrina, e stupendis eius portentis, & e vaticiniis, euentu confirmatorum, auctoritate, ipsi suspicarentur, quam ex aliorum hominum spontanea opera ac suasu discerent: *operosiores* in propaganda cognitione sua esse non debuerunt, nisi quando a DEO occasio offerebatur; quando nimirum attentus sermonum Christi auditor, operumque spectator, incitante Spiritu sancto, iam in eam discesserat sententiam: quod Jesus *γεννητων τῆς ἡμετέρας ἀποδοξασαντων* esset, suaeque sententiae, iam gliscentis, pabula seu plura *fulera*, sciscitando de *conceptione Jesu*, quaereret.
- 3) Ne quid de agente excubias ac strenue commilitante *providentia diuina* nunc addam.

OBS. *Mariae, Josepho* atque *consanguineis* Jesu taciturnitate, seu abstinentia a *proclamatione* honorificae rei *voluntaria*, opus praeterea fuit, vt *INVIDIAM* a se declinarent. §. LI. a) LII. Nimia namque *σοφῆν fascinati*, ac studio *partium dediti* videntur parentes & cognati, iidemque aliquam *ἐξοχήν* prae aliis familiis captare, qui, *singularia & maxima quaeuis* suis inesse, dictitant.

§. LXXIII.

Reliquum est (§. 45.) vt paucis exponamus: *periodicam* illam (§. 71.) & *partialem* (§. 72.) *obscuritatem miraculosae originis Jesu* PRAESTARI BENE POTVISSE colore *coniugii Josephi atque Mariae*, tam 1) *formaliter*, quam 2) *moraliter*.

§. LXXIII.

FORMALITER & *in se* quidem; quippe ii, qui D) *expectationi casuum similium* nimis indulgebant, (ceu solent plurimi,) homines *sensibus dediti* 1. Cor. II, 14. suffragia sua facillime eo contulerunt: *connubium Josephi*

N 3

atque

atque *Mariae IPSVM*, per *usum iurium tori*, *rātionem ortus Jesu legitimi continere*; haud secus ac milleni honesti coniuges millenos honestos filios susceperint §. 50. Immo propensiores ad ita suspicandum redditi fuerant homines II) *modo, quo, semet singuli IPSOS exstitisse, acceperant, & quo liberos suos ad existētiā perductos esse, genitor quisque ac matres quaelibet nouerant. Quemadmodum enim ea, quae nobismet ipsis contigerunt, in verioribus atque certioribus habemus: ita eadem audacius atque confidentius in aliis ad vnum omnibus hominibus speramus. Quotquot igitur (eorum, qui apparentibus vnice inhaerere solebant, nec eximium quidpiam de Jesu ominabantur,) procreandae soboli operam vel dabant vel dederant; quotquot, e matrimonio se ortos esse legitimo, persuasi erant; ii, animaduersa Iosephi ac Mariae societate, hierologia nuptiali pro CONNUBIO declarata, (§. III.), statim acquiescebant. Abstinebant ab vltiori disquisitione, num ordinaria fuerit, an extraordinaria in Maria pariendi causa; dum, attentione non nisi in consortium illud externum defixa, veritas videbatur esse satis explorata: Iosephum esse genitorem Jesu. Liqueat igitur, praecipitatis hominum σαρκικῶν iudiciis fieri vtique potuisse, vt sublimior Jesu ortus, ante illud tempus, minus pervulgatus exsisteret, quod sapientia diuina futili vitio sureptionis denudando, ac debellando, veritati huic, cum reliquis, in solis disco ponendae destinauerat.*

§. LXXV.

MORALITER etiam occultari potuisse arduum conceptionis Jesu miraculum, elucescet, quam primum certius reddiderimus: perfectionibus diuinis minime aduer-

uer-

uerfari, quod permiserit I) *coniugialem* Josephi atque Mariae *consociationem*, quam tamen cum specie coniunctam fore, praeuiderat, *Jesum a Josepho satum esse*; §. 76-84. II) *quod falsam hominum de ortu Jesu, e connubio isto elicitam, opinionem non statim apertiori verae doctrinae promulgatione conuellerit.* §. 85.

§. LXXVI.

Ordiamur ab eo, quod *primum* nominauimus. *Paeta connuabilia* non solum in se sunt *bona* Gen. I, 27. 28. Cap. II, 18. Matth. XIX, 6. Joan. II, 2. verum etiam *hoc*, quod Josephus ac Maria (ambo) *moliebantur*, a lege tam naturali, quam *positiua* Lev. XX, 10. seq. fuerat *concessum* §. 3. Quumque *eligendi coniugem*, seu decernendae atque ineundae societatis matrimonialis *FACULTAS* data cuique *LIBERA* sit: *eam Mariae atque Josepho, in decreto suo persistentibus, eripere, nec aequitatis diuinae, nec necessitatis* fuit; siquidem tanta sapientiae supremi Numinis opulencia est, a) *vt quasvis actionum licitarum determinaciones utiles* facere queat; effectibus earum & limitatis, & ad optimos fines directis. *Si Deus Josepho, connubium cum Maria ineundum numquam meditato, vel id auersato, imperasset, vt hoc ipsum eacum isto tempore, quo vi supernaturali grauida exsistebat* (Cap. II. §. 28. seq.) *contraheret: addubitares forte de innocentia Dei.* Sed, quum *α) Josephus sua sponte appetierit* *coniunctum cum Maria, ac Maria aequae cum Josepho; quum β) ambo, haud inuiti, consortium indissolubile sibi iam, ante quam Jesus conciperetur, stipulati fuissent: an requiris in DEO, quod iniquus β) esse ncluerit, sed suum cuique tribuerit?* Sponsalia & nuptiae respici possunt, vt fundamentum atque aedificium ipsum. Merito igitur Deus, *jaeta iam libere, iusta fundamenta haud subruit.*

a) Quam

- a) Quam quidem Dei gubernationem in coniugio Iosepho-Mariano revera licet admirari 1) e §. 45. 82. 2) 86. seq. Sect. II. 3) ex eo quod illud *nulla prole* fecundum fuit: ne hominibus ansa praeberetur opinandi, immo confidendi: *eadem lege mutationis*, quia fratres Christi in existentium theatrum a Iosepho ac Maria essent producti, *etiam JESVM esse procreatum. §. 2.*
- b) Plus *non iniusto*, INQUIS, Deum fecisse, seu, *non tam permisisse*, quod denegari, sine iniquo partium studio, neutri poterat, *quam data opera* intuituisse rem, veritati opprimendae aptam. IMPERASSE enim Iosepho INVITO, nuptias cum Maria celebraret Matth. I, 19. 20.

RESP Negamus *minorem*, eo sensu, quem tu ei affibulas. Namque 1) *Perperam dicitur*: Iosephum tunc, quum diuinitus moneretur, *ipsum LEGITIMUM cum Maria connubium FASTIDIVISSE*. Propensus omnino ad *coniugii* huius, ut ita loquar, *substantiam*, seu, ad Mariam ducendam exstitit; (prout testantur & eius *δικαιοσύνη* Matth. I, 19, ad servandam fidem, in desponsatione datam, impellens, & vox φοβηθήσεται v. 20, quae *malum* praevisum indicat, *propensioni eius verae duranti*, nuptias consummandi, obstans. (Conf. §. 6. p. 15.) Aversatus tantum fuit Iosephus nuptias ILLEGITIMAS; cuius quippe animum deceptor opinio anxium habuit, Mariam esse *vitiatam*, sanctissimamque proinde Numini *ingratum* fore, quando feminam, quae legem diuinam, de vitanda scortatione, temserat, sciens in connubio foueret §. VI. pag. 14.

- 2) Mandavit Deus Iosepho *non simpliciter*, ut nuptias cum Maria contraheret, verum, *ut, solemnii sponsione RECEPTAS iam, iustas nuptias ne detrectaret propter eam causam, quam, per errorem, nec sine iniquitate in Mariam honestissimam, mente conceperat*. Nec enim dicit: παράλαβε τὴν Μαριάμ, sed, ΜΗ ΦΟΒΗΘΗΣ παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου. Haec igitur verba, aequiori animi lance pensitata, produnt: *non tam IVSSISSE Deum nuptias, quam ERVDIVISSE Iosephum, tam de futilitate causarum, quae liberam eius propensionem exstinctum, turbatum saltem ibant, eumque in peccatum seducturae, ipsi Jesu vero atque Mariae ignominiae & opprobrio futurae erant; quam de honestate fetus, qui in utero Mariae erat. Non nisi timoris seu indignissimae suspicionis dimissionem angelus postulat, Iosephoque nuptias cum Maria PERMITTIT, enixe cupienti eas; hoc est, declarat, eas esse LICITAS, Mariae honorem saluum, impedimentumque, quod religioni pactiois Sponsalitiaе obesse videbatur, inane. Noluit Deus ut Iosephus libertati suae, in eligendo, vim inferri graviditate Mariae putaret.*

Ju-

Jubere vero rem, quantum discrepet a reprehensione huius illiusue illegitimi ac periculosi ad rem, iam susceptam, reprobendam ac refugendam incitamenti, nemo tam est hebes, quin intelligat.

Fateor tamen, Josephum, simulatque de honestate fetus, quem Maria in utero gestabat, edoctus fuerat, *obligatione constrictum esse, nuptias consummandi*, quippe qui honestas in desponsationis foedere fuerat *STIPULATUS*, adeoque, si non consummasset, foedifragus euasisset.

§. LXXVII.

Si II) MAIUS malum ex impeditioe coniugii Josepho-Mariani exstiturum erat, quam e permissione eiusdem, permittendum potius istud coniugium fuit, quam impediendum. Atqui verum est prius, ergo & posterius. Cadauerosae αικολβθελας postulabit propositionem maiorem nemo a); nisi, quem praetereat: voluntatis diuinae perfectionem ita ferre, vt Deus, qui omne malum, omni, quo licet, modo, impedit, in collisione plurium, quae vniuersa aueruncari nequeunt, malorum tam α) generatim mensuram obseruet, seu maioris minorisue proportionem ducat, quam β) speciatim, malum minus, tamquam respectiue bonum, admittat, depulso malo maiori. Ipsa bonitas atque sanctitas supremi Numinis, (grauissimae causae!) exigunt, vt ii euentus, seu rerum status, qui minori cum incommodo conjuncti erant (v. c. coniugium Mariae) praeferantur illis, in quibus malum praepollebit (h. l. caelibatui Mariae).

- a) Nil igitur opus est, quam vt, *antecedens* iustis veratatis numeris gaudere, ostendamus. Hunc in finem non solum *permissionis*, verum etiam *impeditionis* coniectaria expendamus, collatasque vtriusque rationes subducamus, age!

§. LXXVIII.

Deo connubium Mariae *PERMITTENTE*, nascebatur opinio, Jesum lege naturae a parentibus genitum esse,

O

esse,

esse, 1) e tribus Judae gente Davidica certissime (pag. 40. Luc. I, 27.) oriundis; 2) pietatis in Deum, optimarumque virtutum omnium laude praestantissimis §. 14. 35. Falsa fuit, profiteor, ex parte haec opinio, ac valde improbatum DEO id erroris est, quod veritati admiscebatur; attamen largiendum quoque est, hac persuasione neminem esse impeditum, quo minus JESVM audiret, probaret, sequeretur, atque pro MESSIA, diunitus tandem in terras ablegato, haberet. Quid? quod ea *elenchus*, atque in-
incitamentum καὶ ἀνδραγαθόν fuit, ad JESVM tamquam communis hominum felicitatis recuperatorem grato ac venerabundo animo agnoscendum. Insedit enim altissime Judaeorum, qui tunc temporis viuebant, mentibus hoc scitum: *Messiam ab hominibus* 1) CONIUGATIS, 2) ad DAVIDIS STIRPEM pertinentibus, 3) PIIS procreatum iri §. 52.

§. LXXVIII.

Si vero esset coniugium παρθενογαυμασότης diunitus IMPEDITVM, a) ac Maria *caelebs* facta puerpera; exorta, atque peruulgatissima statim futura fuisset N) fama, JESVM E NATVRA SCORTI PRODIISSE! ad abiectorum *spu-riorum* censum pertinere! Nemo nisi Sabinorum quisquam existimabit, vllum, vel infimae plebis hominum, inter Judaeos in tanta rerum versatum esse ignoratione, vt non intellecturus fuisset, hoc vitium in MESSIA *minime esse ferendum*; eum ergo, qui illo commaculatus sit, generis humani Σωτήρα esse neutiquam posse. Nec nativioribus in populo, aliena a Judaeorum sacris sectante, commendaturus se erat sanctissimus Servator, si malitiosa ignorantia in vulgus sparsisset, *eum inhonesto ortu sqalere*. Haec igitur, si vlla vnumquam, pestilens opinio
 (§. 14)

(§. 14. 21. seq.) fecisset, vt *homines* JESVM, ceu *Messiam*, *colere recusassent*, ac proinde, despecto hoc salutis fonte, morbis suis insidiosissimis confecti, aeterna morte perirent. Maximum enim inter gentes quasque cultiores, praesertim Judaeos, *dedecus sordidae originis*, (in Messia eo magis *δορυβάσις*, quo conspectior is erat, & quo debebat esse integrior ac purior hic rex Israelis) multos induxisset, b) vt, praecepta eius non salutaria ac sapientissima, sed falsis expertia; non auditu, consideratu, & ad sensu, sed contemptu atque explosu digna esse, ominati essent; non quaerentes eum, sed, abominantes; non solum non admirantes & obseruantes, verum etiam exhibilantes praesentem Jesum. (§. 22. seq. §. 54. seq.) *In casum igitur vis muneris Jesu prophetici exspirasset*. Immo tantam crimen illud deformitatem doctrinis Christianorum adpersisset, *quanta vel DEINDE ab apostolis non sine difficillimo negotio elui potuisset*. (§. 55. sq.) Siquidem ii, qui persuaderi se passi fuerant: Christianos statuere, quod *vir spurii ortus esset Messias*, ex hac doctrina de reliquis Christianorum dogmatibus, *tamquam e fimbria de texto*, fuissent iudicaturi, animosque suos ne stitissent quidem, puriori legatorum Jesu doctrina expugnandos.

(§. 56.)

- a) Si post desponsationem factam *impeditum* esset coniugium (impediebatur autem §. 6. re vera, nisi Josephus caelitus esset monitus): opinio, *Jesum esse notum*, lerna maiorum, futura fuisset *ET promptior*, *ET speciosior*; dum Josephus, Mariam non praeter causam *ἀπολίτων*, argumentum praebere nefario *deminutae virginitatis Mariae*, dicitari potuisset.
- b) Noli hoc mirari, quum e *comemorazione Jesu in Galilaea* 1) gentilibus *contermina* 2) *profelytis portae pleniori*, 3) *impiis moribus foedata*, colligendum putarent: eum nihil solidi ac sani de via ad Deum redeundi tradere posse Jo. I, 47. E. VII, 52; immemores, etiam *Eliam, Elisam, Ionam, Amosum, Hoseam ac Nabumum, Hannamque GALILAEOS* fuisse.

§. LXXX.

Si vel religio quibusdam fuisset, probam ac laudatissimam Mariam, quasi turpiter *defloratam*, & sanctum Jesum, veluti *spurium*, audacter *criminari*: ☐) SUSPECTA *is* tamen *reddita* esset isto nuntio DOCTRINA CHRISTIANA, §. 49-53. indignaque visa, cui omnino adensus perhiberetur. Quod QVAEDAM saltem, disseminassent, eorum, quae de Jesu traduntur, *ἀσέβητα*, FALSA, immo IMPIA sint, testatur inaudita & ieiuna relatio *de ortu eius*. AVT enim adseritur de *Jeboua*, quod Jesum produxerit; & iniuria DEO infertur (obversabatur enim ita sentientibus conceptus *consueti actus gignendi*); AVT id dicitur de *alio Numine*, a veri Dei natura distante; & plures Dii, nouaque sacra confinguntur, missa ea religione, quae vnum DEVM venerari iubet. Quodcumque elegeris, habes Sardes venales! Acutis haud opus est perspicillis, ad videndum, eiusmodi probrum, licet illegitima consequentia nixum, causae DEI periculosum, quam quod periculosissimum fuisse futurum.

§. LXXXI.

Jam quaero quosque, a purgata iudicandi facultate non prorsus relictos, nonne perniciosior sit *impeditio-*
nis (§. 79) coniugii Iosepho-Mariani effectus, quam *per-*
missionis (§. 78.) eiusdem? nonne minus periculosa eo
tempore fuerit sententia: *Jesu natiuitatem in cursu na-*
turae rationem sufficientem habere, quam haec: *eam recla-*
mitantibus legibus diuinis euenisse? §. 78. Quae quum ita
sint, nemo, nisi cui fungus pro cerebro sit, flagitabit, vt
Deus, *non-permittendo coniugium* illud, istam potissimum
difficultatem praeueniret, pro qua *una recisa*, hydrae in
mo-

morem, alias plurimas, & maiores repullulaturas esse praeuidebat.

§. LXXXII.

Potuit *moraliter* coniugium Mariae a DEO permitti III) quia e *permissione eius BONA aliquot haud contemnenda praesciuit profectura esse*, a) emanfura quidem, si illud impediret. Cautum namque eo est: N) NE Maria, puerpera SCORTATIONIS rea, atque Iesus IMPVRAE ORIGINIS labe inquinatus esse putaretur; quippe quod nomen, si haud ademisset prorsus, valde infregisset saltem auctoritatem Jesu, ad munia doctoris publici, cum successu obeunda, ipsi necessariam. §. 22. 79. 80. Idem connubium 2) prohibuit: ne imbecilles alii (modestiores hi quidem, quam vt SPVRII titulo Jesum statim dehonestarent,) saltem dicerent: quod Iesus genitoris humani exors fit, *Je pro re incerta, immo a vero abhorrente habere; simulque in dubitationem etiam de reliquis, quae de Christo celebrantur, historiis, ac scitis adducerentur.* Quam facile, quam breui tempore! dubitatio ista in opinionem, opinio in sententiam, sententia in axioma, auctoritatibus indies munitius, sed virulentissimum, hoc abiisset: provti dogma de *supernaturali ortu Jesu*, sic plura, de eo proposita, esse falsa, dubia certe; examen paucissima ferre! Dedit 2) connubium Iosepho-Marianum iis, qui conditionem natalium, ceterasque grauiissimas rationes Jesu scrutabantur, *praeclaram copiam veritatis rescindendae*, a testibus nimirum, vti *sinceris*, sic DVOBVS. (Deut. XVIII, 15.) atque DOMESTICIS, rerum gnaris, h. e. DEXTERRIMIS, §. 86. Denique 7) id fecit ad *victum, amictum, cultum & quidquid necessitates vitae exigunt, JESU, via ordinaria, procurandum* §. 90. sq. Qui sibi in mentem reuocat, quater-

nam visionem *propter* JESVM Josepho contigisse, Deum-
que cura prorsus singulari §. 43. pro salute Jesu, vitaeque
praefidiis vigilasse, is haud contendet, hoc commodum
melioris sustentationis Jesu a DEO esse neglectum.

a) Frustra instaret quispiam:

I. Quia *non faciendum sit malum, ut bona inde eueniant*, Rom. III, 8.
nec permittendum illud coniugium fuisse, egregia licet eo com-
moda sint praestita. Nam

Peccatur

α) In *forma*: quippe *quaterione* pedum discurret syllogismus, qui
τῷ *facere*, seu commissioni in *maiori*, in conclusione *permittere*
substituit. Paulus damnat τὸ ποιῆσαι τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθὰ, hanc
maiorē substernens: *quodcumque MALVM* seu illegitimum
est, illud non faciendum (nec legitimum euadit) *eo fine, ut bo-*
na inde resultent.

β) In *materia*: Minor enim: *Coniugium Josepho - Marianum*
MALVM fuit, per petitionem *quaesit* pro vera assumitur §. 76. 3.

II. Acque imbellis foret obiectio: *momenta N) & 2)* nihil *positiui boni*
continere; *hinc nec bona esse.*

RESP. *Remotio impedimentorum* est remedium finis obtinendi; quia
sine ea finis ad existentiam euehi nequit, atque *finis* eam tam-
quam *principium existentiae suae* respicit, (per Metaph). Jam
connubium Mariae N) 2) praecidit viam *finis* (*fidei in Jesum*
Christum) *impedimentis* (nempe duobus erroribus, qui semen re-
generationis i. Pet. I, 23. inefficax redditori erant,); Ergo fuit *re-*
medium ad bonum finem, hinc *Bonum*. per Metaph.

Obs. *Momenta N) 2) 1)* coniunctim expensa, illustrant sapientiam *DEI*,
atque bonitatem eximiam. Docent etenim, *hoc connubium profuisse*
Judaeis (conscientia erronea aegrotantibus §. 50. 1q), tam *BONIS*, quam
in aeternis perseveraturis; impediendo, quo minus vno agmine ad
vellicandos Jesu natales irruerent; atque HI, a probrosis insultibus suis,
ante id tempus, quo vinci facilius poterant, refrenati, ne *κοῖμῶν* suum ad-
grauarent; *ILLI* vero, ne obstaculum aliquod *sui in JESVM studii* sentirent.
Confer §. 86. 89. & Sect. II. §. 90. 92.

§. LXXXIII.

Purissimus a culpa *DEVS* est, utvt connubialem Ma-
riae cum Josepho consociationem permiserit: III) quia

ER=

ERROR, *Jesum ab hoc hominum pari genitum esse, fuit EVITABILIS*: hoc est NON tam in CONIVGIO ipso, quam in ipsorum oscitantium hominum *abusu liberi arbitrii* (§. 42. pag. 60.), in *incongrua idearum associatione* §. 74, in *fallacia causae non causae* RATIONEM SUFFICIENTEM HABET. Fuit N) ratio erroris in connubio *insufficiens*. Nec enim coniugium negavit τὸ θεῖον originis Jesu, nec id ita occuluit, ut eius comperendi & animaduertendi facultas erepta esset pie sciscitantibus. Si DEI ipsius auctoritas Jesum pro communi Josephi atque Mariae filio *diserte declarasset*: conuenissent signa mentis diuinae neque cum mente DEI, neque re ipsa, adeoque laesa esset veritas; Vel, si Maria, ac Josephus pro *communi* filio suo eum *venditassent*, aut piorum vllus ita iactasset, (cuius sermonis Deus fuisset praescius): permissioni coniugii huius culpa non nihil adfricari posset; Vel, si Deus permisisset, *ut Josephus e Maria χριστόγονον liberos procreasset*: excitata & commendata fuisset coniectura; *uti hos, sic etiam JESVM modo naturali esse progenitum*, dicique posset, a connubio Jos. Mar. errorem istum suppeditatum esse §. 76. not. a). Verum, quum ista ostendi minime possent §. 74: debebant sane homines, qui, obefarum se narium esse, videri nolebant, intelligere: NVDVM a) *coniugium Mariae atque Josephi non sufficere ad sententiam illico suscipiendam*; JESVM, Messiae nomine celeberrimum, quia Maria atque Josephus matrimonii vinculo coniuncti sint, *utriusque filium esse*. (42. 72. a). Consulenda esse effata Dei de matre Messiae Jes. VII, 13. 14. 2) *Sufficientibus instruxerat Deus homines adminiculis ad futilitatem erroris sui perspiciendam*, si modo supina negligentia haud torpuissent. In scripturis V. T. enim, quae non fortuitam mentionem de Messia iniiciunt, sed pro *palmario scopo* habent, ut de eo testentur, (ἐκείνου εἶσι,) Jo. V, 39;

V, 39; in his Deus dudum aperuerat, *qualis futura esset Messiae mater*, Jes. VII, 13. 14. §. 49. & id quidem non dubie, sed in תּוֹרָה , in *signum* certum; non obiter, sed destinata *diligentia* (יָרֵךְ). Haec evidens declaratio fecit, vt, quot argumenta, *Jesum esse Messiam*, loquebantur, tot demonstrarent, ex illibata hoc $\alpha\gamma\iota\omicron\nu$ (Luc. II, 35.) virgine progerminasse §. 68.

- a) *Sicuti* NVDA *mentio* $\tau\omega\nu\ \alpha\delta\epsilon\lambda\phi\omega\nu$ Christi Matth. 12, 47. C. 13, 55. nihil praeter *possibilitatem* parit, fratres aliquos Christi *uterinos* ibi intelligendi; quum vsus loquendi, Scripturae sollemnis, vocem $\alpha\delta\epsilon\lambda\phi\omega\varsigma$ aequae saepe adhibeat de iis, qui REMOTE, interpositis his illisue parentibus, *ab iisdem parentibus descenderunt*, & quidem vel *parum remote*, i. e. 1) de *propinquis*; vel magis remote i. e. 2) de *popularibus*; (ceu testantur α) exempla: Gen. 14, 14, vbi LOTHVS, qui *fratruelis* Abrahami fuit (Gen. 11, 27) FRATER Abrahami vocatur, coll. C. 13, 8. $\text{אֲנִי וְאֶתְּמִינָהּ אֲנִי וְאֶתְּמִינָהּ}$ Rom. 9, 3. Act. 7, 2. C. 13, 26. β) additamentum *idios*, cum voce $\alpha\delta\epsilon\lambda\phi\omega\varsigma$ interdum colligatum, Jo. I, 41. quod superuacaneum foret, si $\alpha\delta\epsilon\lambda\phi\omega\varsigma$ nil nisi fratrem germanum designaret): *Sic MERA coniugialis Iosephi atque Mariae societas* ad nihil aliud valebat, praeter *coniecturam* aliquam, infirmissimam tamen, eliciendam de *δυνατὶς physica*, quod a Iosepho & Maria IESVS susceptus sit. *A posse vero ad esse an valet consequentia?*

Quemadmodum autem HELVIDIANIS (§. 2. d.) circa A. C. 380. natis, vitio vertitur, quod non satis studiose cogitarint, quae ad tollendum *aequilibrium significatus* vocis $\alpha\delta\epsilon\lambda\phi\omega\varsigma$ facere poterant. (v. c. α) Manifestius Jesu, ab hominibus reliquis bene *dignoscendi, discrimen* poscere, vt $\alpha\delta\epsilon\lambda\phi\omega\varsigma$ locis citatis *cognatos* significent, (§. 76. a) 3) §. 2.) β) *matrem fratrum Christi* distingui a *matre Domini* Joan. 19, 25. γ) Iacobum & Judam in epistolis C. I, I. numquam se vocare fratres Jesu, sed *seruos domini*; itemque IESVM numquam in *statu exinanitionis* quosquam vocasse *fratres suos*, ne videretur ipse vulgaris conditionis esse, sed tempore post resurrectionem demum, quo euannuerat hoc periculum, & opere redemptionis consummato, ea *sanctitas* hominibus comparata erat, vt nomen *fratrum* non amplius erubescendum esset Hebr. 2. II.): *Sic erroris de ortu Jesu culpa* residet non nisi in *taxanda negligentia* eorum, qui coniugium leui tantum consideratione aestimarunt.

§. LXXXIII.

§. LXXXIII.

Recolamus nobiscum $\aleph\aleph$), conspectum pastoribus angelum Domini, angelorumque exercitum singulare quidpiam portendisse; immo diuinum nuntium *expressis* item atque sat *copiosis* verbis edixisse: **JESVM**, in vrbe Dauidis natum, **ESSE MESSIAM**, **JEHOVAM**, ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὃς ἐστὶ Χριστὸς, Κύριος, Luc. II, II. Pastores autem, fide plenos, hanc magnam veritatem minime pressisse (I. Cor. VI, 13). Nam διεγνώρισαν περὶ τῆς γήματος τῆς λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τῆς παιδὸς τῆς Luc. II, 18; *diuulgabant*, a) non modo ῥῆμα, *rem ipsam*, sibi de hoc filiolo dictam, verum etiam (περὶ) eam rem *amplissime* sumtam, h. e. *phaenomena*, quae cum annuntiatione coniuncta fuerant, *mirabilia*, itemque *accuratissimam conuenientiam* annuntiationis cum re ipsa (coll. comm. 12. cum. 17). Perpendamus ($\aleph\aleph$) **SIMEONIS publicum de Jesu**, redemptioni hominum destinato, *testimonium* Luc. II, 30. 32; ($\aleph\aleph$) **Magorum** 1) plurium 2) exterorum 3) spei suae tam certorum, *ut molestum iter susceperint, apertam* b) *professionem*, toto Oriente deinde sparsam, quod iam natus sit, βασιλεὺς τῶν Ἰσραήλων, *Mesias* c) & *prouocationem ad signum minime suspectum*, id est ἀσέβεια, χερματισμῶ a) *ipsis explicatum* (p. 58.) $\aleph\aleph$) **CAEDEM BETHLEHEMICORVM infantum** aptissimam ad homines exstimulandos, ut de origine **JESV**, occasione caedis, disquirerent, & ex *conseruatione* **VNIUS** pueruli Jesu, ominarentur, eum, ἀντίτυπον **MOSIS**, itidem in infantia e praesentissimo periculo erepti, magnum prophetam & ducem populi fore. Et quis dubitet, **DEVM** publicasse, *quod Jesus Mesias sit, adeoque non a Josepho, peccato originali polluto, procreatus?* quum $\aleph\aleph$) **JOHANNIS κήρυκος**, publici vocalissimi & grauisissimi doctoris, ἐργον fuerit, more praecursoris, 1) *nuntiare aduentum*

P

prim-

principis; ἡγγικε ἡ βασιλεία τῶν ἑρηνῶν! 2) *iubere eius nomine, ut pararentur paranda, μετανοεῖτε, mutare intellectus sensa & voluntatis studia.* Matth. III, 2. Jo. I, 27. Ipse Jesus (1) hanc veritatem, Messiam adesse, clarissime proposuit Matth. IV, 17. C. X, 7. Jo. III, 26. C. VIII, 36. Certe 2) per insignia illa, quae propter Jesum ad cultum Matth. III, 16. 17. C. XII, 18. & a Jesu fiebant, MIRACVLA obligabantur homines ad studiosam cupiditatem, eius natales eorumque rationes quascumque explorandi, & ad recurrendum ad ipsum Christum, Jo. I, 37. seq. ad Mariam, Josephum, & Jesu familiariores. Nam (2) hi, singulique PII HOMINES, interrogati, rem HAVD prorsus DISSIMVLABANT §. 72. & p. 62. Haud difficili licuisset negotio Mariam audire ingenue confitentem: *fetum iam fuisse trimestrem*, §. 32-34. quum ipsa Josepho coniuncta sit matrimonii foedere, & inde colligere potuissent: in Jesum quadrare praenuntiatum de Messia criterium Jes. VII, 13. 14. e) §. 49. 42.

- 2) Dignum sane & attentione & fide fuit hoc testimonium I. Jo. V, 9. 10. Decebat igitur omnes, ut tanti illud facerent, quanti MARIA id fecit, 1) *attento* animo id audiens, 2) *συντήρῃσα*, singula momenta studiose integra custodiens, 3) *συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς*, serio *comparans cum cognitione*, qua iam ante instructa fuerat, ut hanc augeret Matth. XIII, 12. Decebat, non solum rem *mirari*, Luc. II, 18. h. e. pro *noua* ac *inaudita*, *vera* & *gravi* habere, verum etiam *rimari*, ulterius. Qui enim *inuenire* optat, debet *quaerere* Matth. VI, 18. Nec frustra Spiritus S. litteris consignandum curavit, Luc. II, 12. 15: *eos ipsos homines, quibus angeli apparuerant, rem, summam indicatam, indagare & perscrutari debuisse.* Amantes Goelis sui, & ex amore de natalibus eius studiosius percontantes, certum est, haud infeliciori successu, quam quo pastores, veram rei rationem rescuisserent Matth. XIII, 5. *Beantur enim οἱ ἀκούοντες* (audire cupientes) *τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσοντες αὐτὸν*, teste Christo Luc. XI, 28; his verbis indicante, *ipsam matrem suam* (praesentem Matth. XII, 47.) non nisi per *diuinum* testimonium seu *verbum*, cupide ac pie *auditum*,
fide-

fideliterque applicatum, esse felicem redditam. Non tam beatam esse reputandam eo nomine, quod utero eius Messias gestatus, mammisque lactatus sit v. 27; sed eo quod ordinem salutis, a se, Messia, promulgato, ingressa sit; FIDE enim, vnico hoc medio λήπτικῶ, participes nos bonorum, a Messia parandorum, fieri.

- b) Dum enim non quaerunt: εἰ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων τεχθεὶς ἐστὶ, natusne est &c? sed πῶς ἐστὶν ὁ τεχθεὶς, ubinam est? declarant 1) certo certius, & in Oriente notum esse, quod Messias adit; 2) eum esse quae sit dignum, 3) obligari Iudaeos quosuis, inprimis sanctae urbis ciues, vt eum & cognitum habeant, & rationem de eo quaerentibus reddant.
- c) Messias dictus Rex Dan. VII, 13. 14. C. 11, 44. Pl. XCVIII. 28. Pl. XCV, 3. 4. 5. Jo. XVIII, 37. TALMVD HIEROS. Berachot, Fol. V, 1. & Schebet Jebuda, e versione Gentii. Confer LIGTHE. in Evang. pag. 220. & EISENMENGERVM.
- d) Vide S. J. BAUMGARTEN Auszug der Kirchen-Geschichte P. 1, §. 17. p. 76.
- e) Has scripturas debuissent ἐρευνᾶν, Jo. V, 39 hoc est, NON perfunctorie, ceu quotidie fiebat in synagogis, lectitare, earumque superficiei tantum inhaerere, SED, solertiam fossorum metallicorum imitantes, γραφῶς (in numero plurium,) 1) integras, singulos V. T. libellos, paginas & lineas 2) intus perquirere, reconditumque sensum indagare 3) attente, prouidenter, atque operose 4) indefesse, tamdiu pergendo, donec veritatem eruisent.

§. LXXXV.

Pergimus ad alterum (§. 75. attactum) momentum; nec DEO, (qui ipsum connubium Mariae concedere potuit §. 76-84.) indignum fuisse, permittere, vt illud in obscurationem verae conditionis ortus Jesu cederet, seu vt homines (per fallaciam consequentis) pro effectu huius coniugii id haberent, quod eius effectus minime fuit. Hoc palam est 1) ex eo, quod, oppositum a) permissionis, IMPEDITIO tam immediata, quam operosior mediata INCONGRVA futura fuisset. AVT enim DEVS (N) VI ABSOLVTA libertatem sentiendi, hominibus propriam, eripere debuisset iis, qui perperam de ortu Jesu iudicaturi erant. Hoc autem poscere, est, velle, vt homines liberi, & tamen non li-

beri, ut A & non A sint; (seu idem est, atque AVT contradictoria, & hypothetice impossibilia, corpus sine figura flagitare; AVT prorsus alium rerum ordinem, infinita miracula cupere). Ut paucis multa complectar; quidquid mihi, contra permissionem peccati Adamitici has difficultates mouenti, responsurus esses, id omne tibi responsum esto. b) AVT (□) CONFVTARE Deus statim sub initiis vitae Jesu debuisset falsas mortalium de origine Jesu cogitationes. Vel α) per miraculum; Sed hoc permittere non fuit sapientiae diuinae §. 68. nec certum, an̄i, qui deinde longe maximo miraculo Christi e mortuis suscitati se moueri haud patiebantur, tunc per hoc miraculum erroris conuinci se passuri fuissent. Vel β) mediis ordinariis. Respondemus vero (αα) Deus sufficienti confutatione utique errori occurrit, dudum demonstrata magna veritate: quod Jesus sit Messias §. 84. 49; Si modo homines voluissent μετανοεῖν, abiicere inanes opiniones, ac stultas propensiones, seu κατὰ γὰρ καὶ ἄλλὰ Matth. V, 8. esse. Neque vero obligatur Deus, ut omnes abusus facultatis cognoscitiuae entium logico - moralium auerrat, & sufficientibus remediis redundantiae adiiciat. (ββ) Alia & vberior confutatio erroris, praeter eam, quae facta est, non solum nihil profecisset, verum etiam valde noxia futura fuisset. Hoc ααα) infinitae perfectiones colligere nos iubent, ex eo, quod Deus, qui optima & utilissima numquam non eligit, eiusmodi refutationem largiorem intermisit §. 64-68. coll. §. 71. Schol. 6). Si vel nullas alias rationes in promptu haberemus: solus, a Deo electus, agendi modus illud probabile redderet. Sed supra id iam ostendimus εεε) e conditione temporis infantiae Christi (§. 49-59. §. 71. p. 95. 96.); quo incredibilis ignorantia notarum Messiae characteristicarum §. 49. & corruptio

ruptio

ruptio §. 52. animos occupauerat, quo nullum exemplum *tam* miraculosae natiuitatis huic stupendo humeros substrauerat §. 50. 51. quo status humilitatis Christi minus conspirare cum tam celsa origine videbatur, §. 68. quo vaticinia de Messia pauca c) euentum viderant. §. 71. p. 78. II) *Nulla alia via patuit aequae commoda*, qua, factum iam re vera, miraculum originis Jesu obtegi & protegi, salua Dei gloria, potuisset. Occultandum id fuit in tempus §. 47-68. Haec occultatio praestanda fuit aut RETI-CENDO ac PERMITTENDO *spontaneam quorundam hominum falsam opinionem*; aut NEGANDO *rem miraculo re vera insignem*, proclamandoque, adorandum Saluatorem nostrum *lege naturali ortum esse*. Posterior ratio fuisset *sermo logice falsus*, repugnantia affirmans & conuenientia negans, immo *moraliter falsus*, non conueniens cum mente Dei, isque nocens. Sed quantum a falsiloquio & mendacio abhorret sanctissima Dei natura! *Permittere* igitur ac *ὑπεριδεῖν* (non probare) *χρόνον τῆς ἀγνοίας* Act. XVII, 30. propter hominum *σληροκαρδίαν* Matth. XIX, 8. quia falsiloquii naturam non habet, iustius fuit & melius.

- a) Vide de hac via, *a contradictoria una ut vera vel falsa concludendi ad alteram veram vel falsam* §. 21. schol. a) IOAN. PETR. REVSCHII *Systema Logicum* §. 481. p. 519.
- b) Nec poenitebit consuluisse Ven. ISR. GOTTL. CANZIVM logomachiarum casses probe vitantem, & apicem eorum, quae *de mali permissione* fusissime doctissimi viri disputarunt, commonstrantem in *Vsu Philosophiae Leibniz. & Wolf. in Theologia* Tom I. cap. 6. §. 216-226 p. 293-309. Tom. III. p. 769 not VI; in *Theologia naturali The-tico-Polem.* §. 150. 158 p. 363. 610; in *Ciuitate Dei* §. 69 p. 195 seq.
- c) Anno enim *passionis, mortis, & resurrectionis Christi* demum incipit *tempus plenae manifestationis Messiae*, a Deo praefinitum ac promissum Dan. IX, 24 seq. Finem enim attingunt LXX. hebdomades circa hoc tempus; Si nempe (cum AVG. PFEIFFERO in *dubii Vexatis Script. Sacr.* p. 810. seq. aliisque) statuis: LXX. hebdomadam exordium capeffendum esse a *septimo anno Artaxerxis Longimani.*

§. LXXXVI.

Dispiciamus nunc de ALTERO FINE PVBLICO, ad quem connubium, quod optimi Saluatoris mater cum Iosepho iniit, collineauit. Fuit is II) maior CERTITVDO HISTORICA *quarundam rationum Iesu*, scitu perutilium, seu, quod idem est, a) *vt veritas conditionis Iesu & singularium praeteritorum, de eo memorabilium, & COMPLETO testimonio cognosci posset*; hisque exploratis simul capitalis doctrina: *Iesum Nazarenum esse Messiam*, iuaretur, seu commendaretur §. 84. Quum enim in republica Iudaica *testes*, si plures praesto non erant, saltem DVO requirerentur ad rerum veritatem euincendam, Num. XXXV, 30. Deut. XVII, 6. C. XVIII, 15. Matth. XVIII, 16. Joan. VIII, 17. 2. Cor. XIII, 1. Ebr. X, 26. b): VNIVS Mariae, quamquam *dextrae sinceraeque*, testimonium de IESV inter Iudaeos INCOMPLETVM fuit, hoc est, *ad finem minus suffecit*, seu nondum dignum fide est habitum. Coniugio igitur, quod Iosephum cum Maria copulavit, adeoque grauisimum illum virum notitia exter- narum Iesu mutationum instruxit, & auctius & validius redditum est testimonium de Iesu. Jam enim DVO, pro eo ac fas erat, testes, fidem interponebant, accedente ad Mariae relationem auctoritate Iosephi. DEXTERITAS c) vtriusque indubia erat, siquidem nulli melius, quam hi, quorum sub manibus educabatur moriger Iesus, rationes Iesu nosse potuere; Proloqui, his testibus oculatis datum fuit, de Iesu propositiones *intuitivas* d), hoc est *experientia*, seu *cognitione clara, per sensationem acquisita*, nixas; assensu digniores. SINCERITAS item e genuina vtriusque in DEVM pietate, satis nota, §. 6. constare potuit. 1) *Dexteritas* itaque 2) *sinceritasque testium*

stium 3) *sat multorum certo cognita dedit* CERTITVDI-
 NEM FIDEI. Adiiciamus verbum de *OBIECTO testi-*
ficando. Voluit prouidentia diuina, I) vt *humanae Christi*
naturae (tam animi quam corporis) *veritas* locupletissi-
 mo eorum testimonio, qui eum a teneris inde vnguicu-
 lis nouerant, confirmaretur, atque iam tunc eminus iis
 obuiam iretur factiosis emotae mentis hominibus e)
 qui Iesum non natum, sed nasci visum, non corpore
 humano praeditum, sed eius specie & umbra incrusta-
 tum esse, blateraturi erant. Testari II) hi ambo scis-
 citantibus potuere de *indole, privatisque Iesu moribus,*
 quam ab ineunte pueritia Iesus *mitis virtutisque studio-*
sus fuerit, secus ac pueruli peccati originalis veneno in-
 quinati, pertinacia ac protervia iam tum id prodentes:
 quam deinde, aetate auctus, Deum coluerit, quam
 promptam constantemque parentum iusibus *obedientiam*
 praestiterit Luc. II, 51; laborique semper adsuetus, quam
 bonum iuuentuti exemplum praeiuerit. Quam praecox
 fuerit eius *sapientia,* quantam apud quosque, qui eum
 adspiciebant, *gratiam* inierit. Confirmandum horum
 testimonio, omni exceptione maiori, fuit III) *IESVM*
humanis scholis numquam *fruitum esse;* nec nisi *breue*
tempus, nec nisi in *tenella aetate* in AEGYPTO *per-*
stitisse. Qua re in comperto constituta cautum est: *α)*
 ne admirabilis Iesu scientia praeclarae exquisitorum
magistrorum institutioni, lectioni Platonis, & aliorum
 magis quam personae ipsius praestantiae adscribi posset;
β) nec videretur *IESVS uni earum sectarum studere,* in
 quas ii, qui volebant sapere, tunc scissi erant, neque i-
 gitur haec opinio, vel *Phariseorum,* vel *Sadducaeorum,*
 vel *Essaeorum* familiam ab eo, eiusque doctrinis auerte-
 ret, quasi auscultatione & examine dudum indignis; *γ)*
 nec

nec

nec iudicari ab aequis posset, eum *figurarum Cabbalisticarum* f) ope, vel vi *formularum Telesmanis* (quippe quas numquam doctus fuerat) stupenda miracula patrare. Adseuerare poterant Iosephus atque Maria: III) MAGOS certissimos fuisse *Jesum hunc esse Messiam*, & renarrare, quam mira hi narrarint, sibi, ob hunc ipsum recens natum Regem, facta. Fidem iidem facere poterant: V) Jesum loco educatum esse admodum *dissito* ab eo, vbi *Joannes* latuerit vsque ad exordium muneris, nec vmquam, antequam baptismum poposcerit, vidisse Joannem, Jo. I, 29. Haec relatio effecit, vt *Joannes*, non hortatu Jesu subornatus, sed a Spiritu sancto ad praeconium tam *iusto* tempore ordiendum instinctus, eo facilius crederetur, eoque minus suspectum hoc esset. Denique coniugium Iosepho-Marianum eo tetendit VI): vt a *dignis* auctoribus ediffererentur *singularia* g) plurima, quae aetatem Jesu puerilem & iuuenilem sine dubio distinxerunt (v. c. apophthegmata sententiosissima Luc. II, 46. 47. & in aurora aetatis eius praedixerunt, qualis meridies futura esset. Reliqua, quae testimonio rato communire potuerint hi ambo, coniici ab aliis, quam a me heic copiosius exponi, malo.

- a) CERTA namque nobis sunt, quorum a nobis veritas cognoscitur. HISTORIA seu RES FACTI sunt *singularia praeterita*; quorum veritas digno nititur *testimonio*, coniuncto cum *probabilitate rei ipsius*, quam testis ponit, *ex causis & effectibus*.
- b) Conf. ANDR. SCHOTTI *Adagia N. T. Graeco-Latina* v. 48. Itemque *Plantavitii, Drusii, Buxtorfii, Joach. Zebneri Adag. sacra*. Propter hoc *postulatum*, in foro Judaico receptum: על פי שני עדים על פי שלשה עדים יקום דבר. *אן* prouocat Christus non solum ad *suum* ipsiusmet, verum etiam ad *alterius*, caelestis nempe PATRIS, testimonium Job. VIII, 16.; hinc TRES viros, *Petrum, Iacobum & Joannem* admisit ad diuinum in monte Thaboris spectaculum, huius pariter spectatores atque colloquii auditores; vt post *דברים אלו* Jesu sufficienti testimonio comprobari possent haec data diuini.

uinitatis & regiae maiestatis signa (de caelo in *Elia*, & de terra in *Mose*) Matth. XVII, 1; hinc *totidem* testes esse voluit grauiſſimorum cruciatuum suorum Matth. XXVI, 37; hinc non vnus sanctorum, sed *plures*, nuper defuncti, omnibusque de facie cogniti, e sepulcris prodierunt statim sub tempus, quo Christus in vitam redierat. Matth. 27. 52.

e) Nihil amplius in teste requiri potest, quam: 1) *DEXTERITAS*, *sufficiencia virium istius ad cognoscendum proponendumque eius, quod testatur, veritatem*; 2) *SINCERITAS propensio ad ea testanda, quae testanda nouit*; (per Logicam.)

d) *Intuitus* est repraesentatio clarior, ad quam magis attendimus, quam ad eius signum.

e) Quem fugiat, ita delirasse Saec. II. Cerdonianos, Marcionitas, Valentinianos, Phantasiastas, seu Docetas; & Saec III. MANETEM (quod nomen Perficum denotat *Paracletum*, quem se esse venditauit); qui in Persia, Mesopotamia, aliisque Orientis regionibus, discipulis, *Thoma* in primis *Adda*, & *Herma*, emissis, variisque itineribus & habitis colloquiis hunc errorem, praeter ceteros, quod Jesus *φάντασμα* fuerit, disseminatum iuit? Et fanaticorum quorundam jecur aequae, similiter saltem, verminare? Conf. MELCHIORIS HOFMANNI scripta, CONFESSIO HORNANA, CASPAR SCHWENKFELD, BENHAVER im *Probier-Ofen* p. 7.

Atque vero ornare opinionis suae portentum, magis licuisset illis priscis haereticis, si Maria marito caruisset. Sicuti connabium Josepho-Marianum iis haec ansam praeripuit; sic idem per *testimonium* non solum Mariae sed etiam Josephi, (taceo *testes auritos*, testimonium horum expertos) egregie ostendit, Jesum esse *fratrem* nostrum, *specificè* nobis *ὁμοσίον*. Hebr. II, II. 14.

f) Ita criminantur insulsi verpi in TALMVDIS tractatu *Schabbath* Bab. fol. 204. 2. *Sanhedrin* fol. 107. 2. in *Nizzachon Vetere* ex edit. Wagenſeillii p. 34. conf. §. 26. p. 41.

g) Non *desuisse singularia* obseruauerit quispiam ex eo, quod Maria Jo. II, 7. *Jesu nuntiat*: vinum deficere, & *certa de eius omnipotentia*, ministros ad fidem & obsequium hortatur; quamquam huius rei etiam aliae causae reddi possint. Licet, ea *admirabilia* fuisse, contendam: nego tamen, Jesum, quam diu priuatus vixit, *miracula strictè dicta* perpetrasse, ET propter Jo. II, II., vbi *aquae in sapidum vinum transformatae* miraculum (analogiam habens cum primo miraculo Mosis Exod. VII, 20., sed *beneficum*) dicitur *ἡ ἀρχὴ τῶν σημείων* Jesu; ET propter tunc *deficientem finem*, qui consistit in confirmatione doctrinae, tunc nondum personantis. Conf. CHRYSOST. *homil.* XXII. in Joannem, & EPIPHAN. *haeresi* LI.

Q

refi LI.

refi LI. Circumfertur quidem, & *Bibliis sacris* interdum adiunctum, conspicitur **EVANGELIUM INFANTIAE CHRISTI**, (*Thomae* etiam dictum, ab aliis vero Matthaeo vel Petro tributum), in quo miracula a Christo infante edita recitantur. Relictum id nobis est in *Arabico* idiomate; versione ab HENRICO SIKE A. 1697. donatum. Et sane satis vetustum est, siquidem non modo MAHVMEDES fabulosa plurima inde in **CORANVM** transfudit, verum etiam MANICHAEI ad illud prouocant (quare Manes auctor eius esse creditus est). Sed nihilominus reiiciendum id censebit, quotusquisque sub examen illud vocauerit; (collato tractatus ANDR. RIVETI *de patrum auctoritate*, qui praemissus est eius *Critico Sacro*, capite 14. *de nothorum scriptorum notis*). Scatet ineptiis, ac docet e. g. *homines propter RISIONEM a Jesu vita statim orbatos esse*. Jam saec. V. Papa Rom. GELASIVS hunc libellum, tamquam supposititium, in canone *Sancta Romana dist. 15.* omni auctoritate exiit (quidquid de Gelasii scripto fenseris). CAES. BARON *Annal*, ad A. C. 44. Sect. 42-49. Confer. JO. ALB. FABRICII *codicem NT. apocryphum*, Hamburgi 1703. editum P. I. p. 127.

§. LXXXVII.

Ordine prouehimur ad alias utilitates, quibus praeterea coniugium Iosepho-Marianum inseruiit a), quarum altera *meritoria*, altera *doctrinalis* est. **TERTIVM** quidem *emolumentum publicum* continetur *accuratio-ri Christi pro peccatis nostris satisfactione*. Pertinuit sane ad *humilem optimi Saluatoris nostri Christi statum*, numeris suis absoluendum, quod, quum humanae eius naturae auctor ipsa tertia adorandae Triados persona esset, is tamen tantam ortus sui excellentiam non admodum praedicaret, sed pateretur, se videri e coniugio Iosephi ac Mariae consueto naturae ordine prognatum, adeoque sensum viuidissimum subiret *absentiae* huius boni, *relatiuaeque imperfectionis* dolorem sustineret. Sicuti vero status Christi humilis totus *expiatorius* est, & *nostrum* est, quod *nasci* voluit; sic etiam *nostrum* est, quod sub *obtentu* huius coniugii nasci haud dedignatus est. *Generatim igitur*

tur

tur habendum est: IESVM subiisse *statum oeconomicum* & in eo *relationem liberorum erga parentes*, ne quid esset in rebus mortalium, cui non responderet in vita Christi aliqua *πέριστασις*, *hilastica* certe; seu eo fine, vt esset *δυνάμενος συμπαθεῖν τοῖς ἀδελφείοις ἡμῶν*, *πεπειρασμένος κατὰ ΠΑΝΤΑ κατ' ὁμοιότητα*, *χωρὶς ἁμαρτίας* Hebr. V, 15. atque vt is, qui Gal. III, 5. dicitur *γενόμενος ὑπὸ νόμον*, *legi*, in *tota amplitudine sumtae*, *subditus*, etiam ea, quae in statu domestico & parentali officii nostri sunt, perficeret, & nos *υἱοθεσίαν*, seu libertatem, dignitatem, & commoda filiorum reciperemus. Multa enim expertus est Syndicus noster, multa pertulit taedia, dum his duobus coniugibus *pauperibus* b), & illegitimarum determinationum animi non expertibus, subiectus fuit, quae tam clare non expertus esset, si extra hunc nexum fuisset constitutus.

- a) Consulto dico *inseruiit*. Nam sequentes (§ LXXXVIII. LXXXX.), fines, si accuratissime loqui velis, non tam sunt commoda *proxima* connubii Josepho-Mariani, quam *natiuitatis Jesu*, *sub eius velamine factae*. Sufficit mihi, connubium illud non nihil eo contulisse, Deumque, quum illud permitteret, finem, vt relationem *medii* haberet respexisse; adeoque hanc societatem fuisse *instrumentum* ad hos scopos *aliquod*.
- b) Qui se obligat ad totum, obligatur ad partem, sine qua totum existere nequit, p. Metaph.
- c) Paupertas elucet e p. II. 12. quia Jesu, in Aegyptum fugituro, a Magis *viaticum* afferendum fuit, Matth. II, II. & ex Jo. XIX, 27.

§. LXXXVIII.

Vt figillatim de hoc fine *HILASTICO* agamus; Voluit Christus 1) *Societati coniugiali honorem restituere*, a primis coniugibus per abusum turpiter *deformatae*, atque, dum socia sociam a summo Bono auertit, in calamitatem totius generis humani peruersae. Quum HONOR rei consistat in *perfectioribus eius cognitio*: Chri-

Q 2

stus

stus tam imperfectionem, (culpa protoplastorum vti in res mortalium omnes, sic etiam in statum matrimoniallem deuolutam) abstulit; quam perfectionem eius reduxit, manifestauitque. Hoc est: *Christus*, summus **DEVS**, hominumque *Saluator*, dum a coniugum a) *filia editus*, immo **SUB CONIUGII** *spiratio natus* (§. 32-34.), a **CONIUGATIS** *educatus*, & **CONIUGIALI** *societate Mariae*, ad defensionem suam, promotionemque rei sacrae, usus est (§. 23. 43. 79.): b) *extinxit triste dedecus exorti in statu connubiali peccati*, & indignationem Dei, magnum sane malum! Hac enim spontanea submissione sua, & societatis coniugialis hoc usu nobilitauit eam, gloriamque diuini instituti Gen. II, 18. (vt homines *socii* essent) vindicauit. Eadem hac voluntaria & infinita *θεοῦ δωρεὰν* compensatione *benevolentiam* diuinam, eiusque dulces fructus vitae coniugiali reconciliauit. *Voluit* 2) *nostra matrimonia sanctificare*, id est fauoris auxiliique diuini non solum digna, verum etiam adeo participia reddere, vt *innoxia*, *salutaria* ac *media* paedagogica ad quaerendam cum Deo augendamque coniunctionem existant. 3) *Luere vanitatem eorum*, qui propter illustres natales *cristas* tollunt, & mirum quantum *iactant imagines vel alia decora*, soli **DEO** accepta ferenda. Ipse enim *θεῖον* suum, maxima admiratione & publicis encomiis reuera dignissimum, texit, & *ὁὐδὲν ἀνθρώπων* se vocauit. *Voluit* 4) *sana-re παραπτώματα* parentum; 5) *Satisfacere pro neglectu officiorum in patres, vitricos ac tutores, consanguineos*, & quosuis vel re vel benevolentia bene de nobis meritos; dum Iosepho, qui tamen verus ipsius pater non fuit, filialem obedientiam & reuerentiam praestitit, & iuris aliquid ipsi in se esse, modestissime concessit, Mariae etiam obsequio, amore, ac reuerentia c) *addictus* fuit. Denique 6)

Jesus

Jesus a Patre missus est ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας Rom. VIII. 3. ideo, vt eos, qui reuera spurci a natura sunt & causam sentiunt gemendi: Ps. LI, 7. בעוון חוללתי ובהטא יחמתני אמי, hoc est omnes, quotquot nascuntur, purgaret ac DEO gratos exhiberet.

- a) Pater Mariae fuit ELI Luc. 4, 23. qui etiam *Elijakim*, & *Fojakim* dici solet; nec id, spectata etymologia, temere. Vide, si placet, differt. nostram de primo primorum hominum peccato §. 36. Schol. a) p. 54. Confer Judith. 4. comm. 5. II. cum Cap. 5, 9. Constabit, praecisiones & tam leues mutationes in nominibus propriis haud esse insolentes. In ipsis Iudaeorum scriptis offendimus מרים בת עלי, quam vehementissimis apud inferos discrucitari tormentis dicunt. Vide LIGHTF. ad Luc. 4, 23; IO. ALB. BENGEL. in *Gnomone N.T.* p. 10 220. Quam certum patris Mariae nomen, tam incertum quodnam matri eius fuerit? ANNA vocata est inde a saeculo demum quarto & quinto.
- b) Quum nempe Redemptor noster caelebs fuerit, nec propter plurimas grauiissimas rationes potuerit non esse caelebs; ac faciendum tamen aliquid pro matrimonio esset: hac accomodatissima ratione ei solatia acquisiuit.
- c) Responsio Christi Ioan. II, 4. τί μοι καὶ σοί, γύναι; nihil insolentiae spirat, sed est CONSULTATORIA. confidentiae ac pietatis plena. Cur mihi ac tibi, mater dilectissima! hoc curae sit? id est, conquereris de vini desuperari, & intelligo, quid velis. Sed obiicit (simulat omniscius & ad bene faciendum propensissimus Saluator subnatum sibi dubium, mentemque ideo minus propensam iisdem ex causis, ob quas idem egit Matth. IV, 23. 26. Luc. VIII, 45. Luc. XXIII, 28.) α) nonne consuetudinis est, vt sponsus conuiuio nuptiali prouideat? nonne igitur vovendum est, vt sponsus (Simon Cananaeus) indigne potius tulerit, quam probauerit coniuuae suppetias? β) Anne neogami, fiducia pleni, comiserunt mihi ac tibi, vt succenturiati simus? Explorandi ante animi, ne inuitis & indignantibus beneficia obtrudamus. γ) an tibi certe cognitum est, nihil vini superesse? meumque auxilium illustre fore? Quum vero Maria his satisfaceret, & fidem suam in Jesum, precibus immixtam, testata esset: gratificatur ei, moram (ἄνω), qua hanc fidem excernerat, desiderium inflammauerat, attentionem acuerat, ea vini copia redimens, quae neoympis per longum tempus, etiam post finitas nuptias, suffecit.

Q3

§. LXXXVIII.

§. LXXXVIII.

Quartum commodum commune (paracleticum & paeduticum) consistit in eo, quod Iesus, nexum parentalem ingressus, declaravit: 1) *mirificum amorem*, quo in genus humanum fit prolixus; dum mortalibus, lege naturali prognatis, simillimus videri haud recusavit; 2) *Amorem sine iniquo partium studio vniuersalem*. Genus femininum propterea, quod Maria facta sit Christipara, haud praestare masculino, nec hoc illi; Se, *etiam IOSEPHO obsequium* (§. 19.), tam maribus quam feminis, tam parentibus quam improlibus, vera fide ornatis, impense fauere. Quod 3) hoc exemplo suo, quavis doctrina grauiori, docuit, *quale iudicium a) de statu coniugali, in se spectato, ferendum sit*; 4) De animo superbia liberando praecipit, ac imitandum b) *summae submissionis exemplar nobis proposuit*; itemque *pietatis & obsequii erga eos, qui nobis praefecti sunt. Incitamentum* hac ipsa re ad ea, quae erga benefactores officii nostri sunt, praestanda suffecit fortissimum, proindeque vires ad eadem maiores.

- a) Ebr. XII, 4. *τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι*, quod etiam apparet ex comparatione coniugii cum Christo & ecclesia Eph. V, 23-32. & ex Jo. II, 1. *Vincula matrimonialia in se spectata DEO* haud displicere; nec *neccessario* & semper fieri, vt, quemadmodum Heua Adamum, coniux coniugem a virtutis stadio retrahat, perennique adeo det infelicitati. *Coniugia, scopis suis vniuersis conformia*, dici non potest quantum, Domino placere. Ipsum Iesum, qui Iosepho ac Mariae multos per annos socius fuit, ac paruit, piis coniugibus quibusque adesse comitem, exoptatissimumque negotiorum administrum.
- b) Ipsa quoque *Maria* (dum coniugium, Iosepho promissum, haud renuit, postquam certior facta fuerat, se *Redemptoris hominum* matrem fore,) ostendit, animum suum hac singulari Dei fauore *non insolentiozem* vel tam sibi complacentem esse redditum, vt cingula haberet pro vinculis & compedibus, aliosque, non primae caueae, homines contemneret.

SE-

SECTIO II.
DE
UTILITATE
CONIUGII JOSEPHO-MARIANI
PRIVATA.

SUMMARIUM.

Utilitas *privata* constitit:

- A) ratione JOSEPHI; §. LXXX. 1) in *laetitia* insigni & longa, quod, iucundo Mariae consortio perpetuo frui, sibi dabatur.
2) in occasione, duraturas perfectiones suas augendi, &
3) famae consulendi.
- B) ratione MARIAE §. LXXXI. in eo,
1) ut haberet in Josepho *testem & custodem pudicitiae*, ante partum Jesu, prorsus *saluae*, & post eum.
2) *levamen vitae, patrocinium, comitem.*
- C) ratione IESU §. LXXXII.
1) ut eo commodius & melius educaretur.
2) *ne*, iam iuuenis, ut spurius *despiceretur*, & ludibrio exponeretur.
- *) EPILOGUS. §. LXXXIII.

§. LXXX.

Utilitas PRIVATA ad Josephum, ad Mariam & Jesum, in statu privato consideratum (§. XXXIII), refertur. JOSEPHVS quidem e coniugio cum Maria inito id commodi cepit, ut desponsatio, quam cum Maria fecerat, non frustranea esset, sed satisfaceret honestissimo voto suo, continuo cum Maria versandi, cum hac curas suas partiendi, cum hac unitas preces ad Deum fundendi. Noluit enim Deus sponsalia, (quae sunt promissio perfecta de futuro coniugio) iustum ac honestum foedus, (§. 76.), cuius testis ipse, Deus, exstiterat, a *libero* ente ictum, rescindere; ne legitima eiusmodi *pacta* viderentur Deo iniurata

uifa esse, vel aduersari CHRISTO eiusque serio studio *status*, qui vocantur *aduentitii*. Factum etiam est per hoc coniugium, vt Josephus copiam nancisceretur exercendi plura officia, atque adeo praemiorum aeternorum, quae liberalitas diuina bonis pollicetur, maiores gradus expectandi; itemque vt famae suae non superstes esset, seu, non is esse, obtrectaretur, qui *actus rite coniugatis tantum licitos*, cum Maria habuisset *illicitos*. Hac calumnia enim eum consectata esset imperita multitudo, si is, Jesu nascente, Mariae maritus non exstitisset. Durissima praeterea fata ei subeunda fuissent, ac funebrium iustorum honor exanimi eius corpori (§. 27. a) Jo. XIX, 27.) esset denegatus.

§. LXXXI.

Quantum ad MARIAM attinet, eandem ea vtilitatem, quam Josephus, ex hoc coniugio cepit: dum illud *scholam virtutis* ac disciplinam humanitatis praebuit; atque *pietati Mariae in Josephum, ac desiderio, eo perpetuo amico vtendi, meliorem locum fecit*. Praeterea id, reuera contractum, inseruiit, PARTIM, vt pudoris *fama*, quae alias esse solet lubrica, *conseruaretur*, nec Maria, quae antea in magna sanctitatis laude posita fuerat, nunc, cum *σκανδαίλω*, diceretur nobilior vitiis, quam virtutibus, frangereturque diuexationibus. Si enim peperisset Jesum, antequam nuptiarum ritibus Josepho adiuncta, domumque eius ingressa erat, multi temeratae virginitatis ei adussissent infamiam, et bona alia atque alia, quorum tamquam honesta puerpera particeps facta est, ei subtraxissent, multoque moerore eam fatigassent. Immo lapidibus facti dedecus vlti essent. a) Quasi non satis pupugisset eam *ρόμφαλα τὴν ψυχὴν αὐτῆς διελθῆσα*, seu intensissimus dolor propter occisionem filii sui.

Luc.

Luc. II, 35. coll. Jo. XIX, 25. DEVS igitur, qui suos in immeritis periculis non deserit, noluit, vt innoxius partus Jesu Seruatoris Mariae vitam, prolixarum et molestissimarum cum Judaeis disceptationum, contumeliae, dolorum, aerumnarumque nimium plenam, immo capitis periculum conscisceret; sapientissimeque disposuit, vt, coniugii nomine suspensi, detinerentur a calumniis atque iniuriis inimici. b) PARTIM, vt PRAESIDIUM hoc σκεῦος τῆς αδιουρείας, 1. Pet. III, 7. in Josepho haberet, & 1) ante natales Jesu domesticum virginittatis custodem, et familiarem partus testem, §. 56. et 2) deinde etiam numquam laesae pudicitiae testem, custodemque; ADIVMENTVM item ad panem sibi filioque lucrandum; comitem, quum in ditionem, quae, a temporibus Cleopatrae, commune hominum, ab Herode male habitorem, receptaculum fuerat, perfugeret Matth. II, 13; socium, c) quum ibi ultra annum perstaret; et suasorem in rebus dubiis, diuinis monitis instruendum, Matth. I, 20, II, 13. 19. & consolatorem in rebus angustiis.

a) Vid. §. XIII. & VI. JO. SELDEN de I. N. & Gent. Ebr. libri VII. c. 7.

b) Siue quadam animi leuitate ducti, vt πικυλογοισμὸν committerent. (§. 74. 83. p. 60) siue timiditate permoti, vt fallacia mentis visa distinguenda esse dicerent a veritate, ac mallerent pro explorata habere Mariae honestatem, quam cum periculo suo in dubium vocare.

c) Ecce! quam fuscitet miseris patronos patronorum dominus certissimos! Josephus diuinitus monitus, vel si coniux Mariae non existisset, ei auxilio adfuisset; sed certius id reddebatur Mariae, & gratius, immo honestius per coniugium.

§. LXXXII.

JESV vero connubium matris suae cum Josepho expediuit, PARTIM, vt eo commodius atque honestius educaretur, accedente ad accisorem Mariae rem familiarem Josephi aere atque cura. Sicuti generatim ma-

R

trimo-

trimoniorum *finis* alter est educatio sobolis, ita etiam in hoc Iosephi ac Mariae matrimonio procurato rationem habuit *DEVS educationis Jesu* melioris. §. 3. & 82. Commodius enim educatur soboles, si duo ad hoc negotium concurrunt, strenuumque adiumentum mutuum in eo sibi praestant; quam si ad vnicam matrem educandi provincia defertur. Testor viduas, non maximis fortunis ac praesidiis, ad educandos liberos necessariis, instructas, quae te edocere poterant, quot molestiae, donec educatio absoluator, deuorandae sint, & quam aegre difficultates superentur. Multi acerbi casus a Jesu puerulo amoti sunt, a malitia hominum metuendi, si *patre* (putatitio) caruisset. *PARTIM* connubium hoc suspitioni, serpere gestienti, *Jesum esse spurium*, nervos plane succidit a), cavitque, ne iam *iuuenis* despiceretur, & pro *monumento flagitii* haberetur, sed *ut eodem loco, quo proles legitima, haberetur*, b) atque adeo & *gratior* esset Judaeis, e gremio ipsorum honestissime procedens, & *priuilegiis seu iuribus*, (conf. §. 24. 23. 22. 14.) cum reliquis, quibus existimatio natalium prospecta erat, reip. Judaicae ciuibus, *frueretur*. Fuit coniugii figura *custos valoris CHRISTI civilis, vestis nobilitatis, & armatura* contra praedones existimationis.

- a) Ita enim calculos ponebant: *Quaecumque soboles*, 1) *sub legitimo connubio*, 2) *e femina spectatissimae castitatis ac diuocatus*, 3) *iusto tempore nascitur*; eam aequitas pro *legitima* habere iubet. Atqui Iesus sub 1) e 2) in 3. (vid. Cap. II.) natus est. Ergo.
- b) Haec utilitas *Jesu* considerari etiam potest tamquam emolumentum *Mariae*, quia matres, (quae liberos pro parte *sui* habent, in iisque *suas* perennare *personas* tacite existimant) illa bona cum pulchris, quae filiis eueniunt, *sibi facta* arbitrantur, & in partes *delectationis* propter ea veniunt.

Adeo

* * *

Adeo igitur Tu DEVS, optime, potentissime, sapien-
tissime! in coniugio Josephi, atque Mariae extersum ali-
quod prouidentiae tuae benignitatisque speculum, nobis
inspiciendum, proponis! Adeo per ipsos hostes, sibi sapien-
tes, iura tua protegis ac firmas! Adeo TVI semper euadunt
caussa superiores! & bona tua causa, elusis vanis ho-
minum consiliis, Es. 8. 9. 10., triumphat tandem!

§. LXXXIII.

Ex intimis animi sensibus celebramus te, OPTIME
IESV! quod, pro insigni Φιλανθρωπία ΤΥΑ, a nullo mortali-
um intellecta satis, non recusauisti, sub coniugii operculo
in mundum introire & nomen filii Josephi sustinere, vt
ecclesiae tuae rationibus consuleres, & occupata multo-
rum rabie, culpa plurimum cumulatura, cursum euan-
gelii secundiorum redderes; vt similibus hominibus fra-
ter euaderes; iis submissione tua fauorem diuinum con-
ciliares; demonstraeresque, tam improles quam paren-
tes, TVI amantes, a TE curari. Propitius nostris et-
iam, oramus TE! sis temporibus, sis societatibus; remo-
ue ingrauescentia pietatis impedimenta, ac indulgenter
prouide, vt eorum indies augetur numerus, qui perti-
nent ad ecclesiam ΤΥΑΜ ἔνδοξον, μὴ ἔχουσιν σπῖλον ἢ ῥυτίδα,
ἢ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἁγίαν καὶ ἁμωμον!

שבה לאל נרה עולם



R 2

INDEX I.

INDEX I.

SENTENTIARVM SACRARVM;

QVIBVS VEL LVX AFFVSA EST, VEL AD PROBATIONEM VSI SVMVS.

* *not.* ea loca, quibus § vel * simul annotatus est, vberius, ex parte saltem curatius, dilucidantur.

GEN. I, 27. 28. פרו ורבו	p. 5. 103	DEVT. XXIII, 1.	6
II, 18.	5. 103	- 2. <i>spurius ne venito</i>	33.
III, 15. זרעך	71	XXIII, 1.	36. 82
III, 24.	96	JVDIC. XIII, 3. seq. (partus non su- pernaturalis)	73
V, 3. seq. ויולד	72	XXIII, II.	6
XI, 27	112	I. SAM XVIII, 13. 14.	21
XIII, 8. } אחים		2. SAM. VI, 23. ער יום	4
XIII, 14	112	I. REG. I, 4. 5. לא ידעה 45. C. 19. 10. 97	97
XVII, 15. 19		PS. LI, 7. בערון	94. 125
XVIII, 9. } אשה (impro- les)	7	LXXX, 2. טרם	28
XX, 2.	52	LXXXV, 3. 4. 5.	5. 115
XXII, 3. ויקם וילך	6	CXVIII, 67. טרם	28
XVIII, 54.	4	COHEL. III, 7.	100
XXVIII, 15. ער אשר	18	III, 9.	5
- - 21. אשה (despon- fata)	6	JESAI VII, 13-17. העלמה	3. 59.
XXVIII, 22.	96		71. 59
L, 13.		III, 11. 12. 14	ותן אות
EXOD. VII, 20. miraculum in aqua.	21	XI, 1.	71
LEV. XII, 6.	12 23	LII, 13.	87
XX, 10.	23. 103	LIII, 3.	87
NVM. XVII, 8. Virga Aaronis.	71	LV, 3. עולם	97
XXXV, 30.	118	EZECH. XVI, 36. 40.	23
DEVT. XVIII, 15.	118	DANIEL II, 44.	115
XX, 7.	6	VII, 13. 14.	115
XXII, 22-24.	23	VIII, 24. קדש קדשים	2
- 23-27.	18	= 25. 26. שבעים	117
- 22.		שבעים	117
		MICHA	

INDEX I.

133

MICHA V, 1. 2. כִּת לְהַם	54. 88	MAT. VII, 6. μή δῶτε	98. 100
MAT. I. H. 1, capitis partitio	II	- 14.	37
* I, 1-17. <i>tabulae genealogicae</i>		VIII, 19.	38
<i>methodus.</i>	9. 40	- 22. <i>vsq̄</i>	59
- 16. τὸν ἄνδρα Μαρίας	12. 18. 19.	- 24	88
	20. §. 6.	VIII, 3.	37
- 17. αἰ	57	- 34.	37
- 18-24. ἐυρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα		X, 7.	114
	28. 47. §. 20. & 32.	- 16.	100
* - 18 μνησευθείσης πρὶν ἢ συνελ-		XI, 1. 2. τὰ ἔργα	58
θεῖν	2. 18. 28. 29. 48	- 6.	87
* - 19 δίκαιος ὢν	19. 20. 14.	XII, 2.	34. 37
- 20 γεννηθὲν	49. 129	- 18.	114
- 20 24.	26	- 24.	37
* - 24 παρέλαβεν <i>maritavit</i> §. 8.		- 25.	46
	9. 17. 18	- 43. καὶ <i>attamen</i>	15
* - 24 ἀπολύσαι <i>non ducere.</i>	17.	- 47.	112
	18	XIII, 5.	114
- διεγερθεὶς <i>Syr quum sur-</i>		- 12.	98
<i>geret</i>	51. 52	- 55	34. 37. 40. 42. 112
- 25. τὸν.	57	XV, 2.	37
* - 25 ἕως & ἔτεκε πρωτότοκον	3	XVI, 14.	38
Καὶ ἔκ ἐγίνωσκεν <i>sed non.</i>		- 20. μηδενὶ ἐπίωσι	89
§ 10 p. 18. 19 §. 30 p. 45		XVII, 1.	99. 121
II, 2. δ	58	- 9. μηδενὶ ἐπέητε	90
- 8. τῶ	58	- 10.	38
- 11.	123. τὸ 58	XVIII, 5.	97
- 13. 19.	89. 129	- 16	118
- 14. ἐγεγρθεὶς <i>sine mora</i>	52	* XVIII, 4. 5. <i>vnitas imitanda</i>	6
- 20.	54. 80	- 6	113
- 23.	50	- 8.	117
III, 2. μετανοεῖτε	114	XX, 21.	38
- 16. 17.	114	XXI, 2. τὴν κώμην	58
- 17. υἱὸς μὲ ὁ ἀγαπητός.	97. 3	XXII, 2.	6
III, 1. τῶ πνεύματος	58	- 12. 13.	98
- 2. ἐπέανασε	88	XXIII, 24. τυφλοὶ	70
- 16	58	XXIII, 5.	70
- 17.	116	XXV, 29. δοθήσεται	95. 98
- 23. 26.	126	XXVI 37.	121
V, 8. καθαροὶ καρδίᾳ	114	- 39	63
VI, 7.	99	- 61. 65. 66.	24
- 18.	114	- 89. ὡς οὐ θέλει	37
		R 3	- 36.

R 3

- 36.

MAT. - 65.	57	LVC. - 41	20. 25. 27. §. 18
- 67.	37. 88	41-50.	26. 27
XXVII, 52.	121	48.	20. 21
XXVII, 63.	37	* 49 ἐκ ἤδευτε, ὅτι ἐν τοῖς τῆ πα-	
XXVIII, 20. ἕως	4	τὸς μὲ	21. 97
MARC. I, 7.	37	51.	28. 19
III, 25. ἰΔεῖ	46	* III, 23. ὡς ἐνομιζέτο υἱὸς Ἰωσήφ. 41	
III, 23.	61	III, 22. υἱὸς Ἰωσήφ. 40. 42	
- 33. 34. παραβολῆς	95. 99	23.	125
36. καὶ attamen	15	VII, 45.	125
VI, 3.	36. 42	VIII,	
LVC. I, 12. 18. 24.	7	VIII, 21. μηδενὶ ἕως ἔ	90
- 26	47	22. ne status exinanitionis	
- 27. τῆ supra dicta.	55	confundatur cum statu	
it. 46. 56. 57.		exaltationis.	89
ἔ - ἄνδρα ἔ γινώσκω.	2	35.	97
34.	2	XI, 6.	88
47.	37	15.	37
